



Heliodori Aethiopicae historiae libri decem : nunc primum e? Gr[a]eco sermone in Latinum translati

<https://hdl.handle.net/1874/420932>

452
HELIODORI AETHIOPICÆ Historiæ libri decem,
nunc primum è Græco sermone in Latinum
translati:

STANISLAO VVARSCHE
VVICZKI POLONO IN-
TERPRETE.

Adiectum est etiam PHILIPPVS ~~DELANTE~~
pnis de ipso autore, & hac eiusdem conuer-
sione, iudicium.

Item locuples rerum ac uerborum memora-
bilium Index.



Cum Cæs. Maiest. gratia & priuilegio
ad quinquennium.

BASILEAE, PER IOAN-
nem Oporinum.

HELIODORI AE.

Thiopicæ Historiæ libri decem
nunc primum à Greco ser-
mone in Latinum

translati:

STANISLAVO VVARSCHNE
VICARI KOLONO IN
TERRETT.

hic sunt illi libri qui sunt in
hac de re amore & hinc videntur con-
tineri.

hinc hinc sunt illi qui sunt in
hinc hinc.



Ad quatuordecim
partes in quatuordecim

partibus per Iohannem
non quatuordecim.

SERENISSIMO PRINCIPI SIGISMUNDO AVGVSTO, DEI GRATIA REGI
POLONIAE, MAGNO DVCI LITHVANIAE, RVSSIAE,
PRVSSIAE, MASOVIAE, SAMOITHIAE, ETC.
DOMINO SVO CLEMEN-
TISSIMO.



EC decus ullum maius, nec ali-
quid quod Deo sit acceptius in ijs
qui gubernaculis maximarum gen-
tium præfunt, cogitari potest, Sere-
nifs. Rex, quàm ea mens & institu-
tum, quo omnia quæcunque foris
domique gerunt, ad cõstituendam
pacem, ac muniendũ tranquillum

& salutarem regnorum statũ referũt. Nam cum homines
ad societate conditi à Deo sint, ut mansuefacti eum agno-
scere, & uirtute colere possint: profectò ij qui neruos &
uincula societatis humane magno studio tuentur, cum pla-
cere Deo, tum diuinò quodã animi motu cõcupiscere res
tam præclaras, existimandi sunt. Neque enim societatis ra-
tio constare potest, multo minus fructus uberrimi ex uita
hominum percipi, si nulla sit à bello intermissio, si libido
dominandi mentes impellat, si nullus salutaris finis, in quo
sit postremò acquiescendum, propter quem & capiuntur
& deponuntur arma, cogitetur. Plurimarum gentium
exẽpla ob oculos uersantur, quibus cum nihil aliud quàm
rapinæ, bella, uis belluina cordi esset, non modò culturam
aliquam morũ & ingenij non agnouerunt, sed etiam con-
suetudine in eam naturæ prauitatem degenerarunt, ut à
studijs, humanitate, disciplina, pace (quæ sola notiones ho-
minum & indicia haberi debent) prorsus abhorrerent. At
econtrà eorum imperia, quæ non libidine rapiendi stabilie-
bantur, sed pacis faciendæ causa, tum apud se, tum apud a-
lios, illis ornamentis adeò conspicuæ fuerunt, ut haud faci-
lè dijudicari posset, utrum potentia, apparatu bellico, uirtu-
te militari: an iustitia, humanitate, doctrina magis excelle-
rent. Tale fuit Romanorum imperium, & Græcorum, qui
uel ea ratione maximè creuerãt, quòd apud omnes ob lau-
a 2 demiu-

P R A E F A T I O.

dem iustitiæ, moderationis & pacis, erant in admiratione, ut multi alioqui uiribus pares, cum se hac parte inferiores esse cernerent, uel amicitiam cum illis inire expeterēt, uel in fidem & potestatem illorum se dederent. Quod cum ita sit, grates profectò Deo regnum Poloniae meritò agere debet maximas, quòd parentem tuum, qui iam sempiterna lætitia in cœlesti uita fruitur, & M. tuam, salutare Principes ipsi dederit: à quibus, his artibus clarum, & potens, & pacis ornamentis affluens redderetur. Siquidem maiores M. tuæ, reges Poloniae, etiamsi gloria rei bellicæ clari fuerant, & ferocissimis gentibus, Scythis, Moscis, Vualachis, uel reprimendis armis, uel domandis, fines defenderant ac protulerant, opes tamen regni continuis bellis attenuauerant, neque multum operæ in constituendis iudicijs ac administratione domestica posuerant. At pater M. tuæ, cum tale regnum accepisset, quod etiam recentes clades à Turcis acceptæ, amissis exercitibus Vuladislai regis & Alberti, non leuiter afflixerant, quanquam arma deponere nunquam potuit, tamen bella non quæsiuit propter gloriæ cupiditatem, & sapientiam ac moderationem in restituenda pace adhibuit. Tantùmque à libidine dominandi per uim & iniuriam abfuit, ut etiam aliquarum gentium bello deuictarum imperio uolens nuncium remisit, partim contentus sola depulsione iniuriæ, partim consulens tranquillitati regni: quam firmare amicitijs uicinarum gentium, quàm metu, non diuturni magistro officij, maluit. Denique perfecit, ut quædam gentes admiratione ipsius iustitiæ, ultrò se ei dederent: aliæ fœderibus cum eo factis, amicitiam magna fide & constantia colerent. Quare cum gubernatio minus turbulenta esset, pacem amandam esse sciebat, non tantum ut ærario regni, & omnium ordinum facultatibus, ac educationi sobolis consuleret (quanquam & horum habèda est ratio) sed multo magis, ut disciplinam, iudicia, artes, doctrinã de Deo, & omnia ciuilia ornamenta restitueret. In his rebus lucere eius sapientiam, iustitiam, & cæteras uirtutes, in quibus inest imago Dei, non solum subditi, ad quorum utilitatem omnia referebat, sed etiam omnes populi Europæ uidebant. Itaque fatendum est, hunc

P R A E F A T I O.

hunc talem regem singulari beneficio Dei, regno Poloniae donatum esse, ut secum illa uera ornamenta afferret ad Reipub. utilitatem. In hoc exemplum intueri M. tuæ maximè conuenit, & ut M. tua quoque sit imago Dei, paternæ uirtutis imaginem exprimere. Edidit autem M. tua uirtutis suæ specimen adhuc iuuenis admodum, regendo amplissimo ducatu Lithuaniæ: quem tanta moderationis & iustitiæ gloria obijt, ut nemo esset qui non optimū principem post hominum memoriā sibi datum esse statueret. Iam igitur omnium oculi in M. tuam coniecti sunt, instructam maiore potentia, opibus, & sapientia: sperantque fore, ut non modò paternis insiltat uestigijs, uerū etiam ad maiorem gloriam aspiret. Mirantur autem liberalitatem uerè dignam tanto Rege, & magnorum spirituum ac optimæ naturæ indicium. Neque enim ulla melior natura esse potest, quàm eorum qui se natos ad benefaciendum hominibus arbitrantur. Et in ea maximè illustre diuinæ beneficentiæ argumentum est, quæ ad beneficium & gratiam dandam promptior, quàm homines ad accipiendum, uideri queat. Mitto de magnanimitate & excelsitate animi dicere: quæ quanta sit in M. tua, omnes cognouerunt, cum in his fluctibus fato quodam (ut in omnibus regnis accidere necesse est) excitatis, constantissimum animum, immotum & adamantinum cernerent: ut neque ira commoueri, neque precibus abduci in aliam sententiam, quàm quæ tuæ Maiestati conueniebat, potuerit. Postremò à Deo deprecor, ut amplificandæ pietatis, & doctrinarum curam, quorum alterū uerè Christianum regem efficit, alterum auget Rempub. & quasi seminaria quædam eius continet, in M. tua conseruet. Magnas enim significationes dedit M. tua, animi propensi erga pietatis & doctrinarum studia: & ornat Regia munificentia Academiam, quæ tot iam seculis aut solum, aut certè præcipuum philosophiæ ueteris, de motibus & effectibus cœlestibus, domicilium fuit. Atque ut huius laudis possessionem tueri possit, excitat etiam linguarum studia, quæ tum fontes philosophiæ continent, tum maximo sunt reliquis disciplinis ornamento. Hanc ob causam multi, et ex ijs qui sub ditione M. tuæ sunt,

P R A E F A T I O .

& ex alijs gentibus, libenter ad M. tuam scripta mittunt, uere & grauisima consuetudine: sicut olim ad Augustum, ad Alphonsum Neapolitanum regem, & recenti memoria ad patrem M. tuę mittebātur. Horum exemplo & ego motus, hanc perquā iucundam historiam, ex Græco sermone in Latinum translata, tuę Maiestati dedico, quę in bibliotheca regis Pannoniæ Mathiæ inuenta est: ut cum inde Græca quasi in exilium abiisset, nunc etiam Latino habitu sumpto, Regium *κειμήλιον* in Regiam bibliothecam reducatur. Cur autem homines docti eam lectione posteritatis dignam censuerint, res ipsa ostendit. Est enim cum ad uoluptatem lectoris, tum uerò etiam ad utilitatem mirificè accommodata narratio, elegancia & uenustate sermonis eximia, & mira uarietate consiliorum, euentuum, & affectuum. Nec solum fortunæ uices, sed etiam uirtutum imagines multæ hic propositæ sunt. In quibus & Hydaspes describitur, rex Aethiopum, cui non solum laus fortitudinis, sed etiam iustitiæ, clementiæ, & pietatis erga subditos tribuitur. Quarum uirtutum legens exempla, sæpe mente intuebar optimum Regem, parentem M. tuę. Accipiat igitur M. tua benignè hoc exiguum munus: quæ si studium meum probauerit, aspirante secunda aura Clementiæ tuæ, posthac ad alia maiora opera, quæ ad gloriam M. tuæ pertinebunt, uelis passis peruehar. Nunc autem Deum toto pectore oro, ut Regiam Maiestatem tuam, & totum regnum, in his tantis Europæ periculis, clementer protegat & gubernet. Ex Vuarscheuicze, pater-

no rure. 12. Calendas Augusti,

Anno 1551.

Fidelis

subditus

Stanislaus Vuarsche-
uiczki.

PHILIPPVS MELANTHON IN

Integerrimo uiro, eruditione & uirtute præstanti, Ioanni Oporino, ciui Basiliensi, amico suo carissimo S.

S. D. Integerrime D. Oporine, & amice carissime: Et pro perpetua erga me beneuolentia tua, & pro libris missis, agnosco me tibi gratitudinem debere, & declarare eam non tantum hac uerborum commemoratione, sed etiam alijs officijs conabor. Nunc autem ad te mittimus Latinam interpretationem historię Heliodori. Scio te ipsum prudenter & rectè iudicare de scriptis: & tibi notum esse autorem existimo. Oratio est nitida, & non tumida. Et mira est uarietas, consiliorum, occasionum, euentuum & adfectuum: & uitæ imagines multas continet. Itaq; à multis eam legi utile est, & uarietas lectores inuitare potest. Quare existimo te cum tuo aliquo, & rei pub. literariæ commodo hanc interpretationem edere posse. Itaq; situum iudicium cum nostro congruet, quæso ut eam edas. Interpretes est Stanislaus Eques Polonicus, nobilitatem generis, eruditione, uirtute, & facundia ornans. Huic etiam hoc tuum officium gratissimum erit. Bene uale. Die xx.

Aprilis. M. D. LI.

DE AVTORE.

Heliodorus Emefenus, Theodosij filius, sophista, is esse uidetur, cuius mentionem facit Philostratus, Arabium illum appellans: propterea, ut ego quidem existimo, quod sint gentes conterminæ. Phœnices enim urbs est Emesa, quæ & Emisos uocatur in Geographicis tabulis. Atq; hæc quidem de autore coniectari licet, cum ex his quæ à Philostrato scripta sunt, tum ex ipsa confessione & expositione declamatorij argumenti. Nam ea quæ in historia recitantur, etsi prorsus figmenta sunt, tamen suauis quadam congruentia sunt ab illo composita. Ac ipsa etiam elocutio multum habet exquisitæ diligentia: ueruntamen, ut in eiusmodi argumento, oblectationem quandam placidè fluentem, & cum quadam hilaritate coniunctam, secum trahit,

HELIODORI AETHIOPICO-

RVM LIBER PRIMVS:

STANISLAO VVARSCHE,

uuiczki Polono interprete.

VM primum dies illucesceret, & sol cacumi- A
na montium illustraret, uiri ex armis & rap-
to uiuere soliti, supra montem qui ad influ-
xum Nili in mare, & ostiū quod Heracleo-
ticum appellatur, protenditur, erecti, paulu-
lum consistentes, mare subiectum contem-
plabantur. Cumq; in initio in pelagus oculos
coniecissent, nec quicquā applicaret quod
spem prædæ ostenderet, in propinquū littus aspectum referebant.
Erant autem in ipso res eiusmodi. Navis rudentibus ad continen-
tem religata quiescebat, uacua nauigantibus, sed plena oneris: quod
uel ijs qui procul aberant, coniectura assequi licuit. onus enim usq;
ad tertiam zonam nauis aquā premebat. At in littore plena erant
omnia recens cæсорum hominum, partim prorsus extinctorū, par-
tim semimortuorum, partibus corporum adhuc palpitantium, &
nuper esse finitum bellum declarantium. Cæterum non fuerant iu-
sti prælij notæ ac indicia, quæ apparebant, sed mixtæ fuerunt in fœ-
licis & infausti conuiuij, ac eiusmodi finem sortiti miserabiles reli- B
quæ: Mensæ nimirum dapibus refertæ, quarum aliæ humi in ma-
nibus cæde stratorum iacebāt, cum armorum loco quibusdam in
pugna, ut ex improviso orto bello, fuissent: aliæ eos qui se absconde-
rant, ut opinabantur, occultabant. Præterea pateræ euersæ, & ex
manibus quædā effluentes, partim eorum qui biberant, partim e-
orū qui pro lapidibus illis usi fuerant. Subitū enim malum, nouum
usum afferebat, & iaculorum loco poculis uti docebat. Iacebant ue-
rò, hic securi uulneratus, ille cochlea ictus, quæ indidē ex littore sup-
peditarat: alius ligno con fractis membris, nō nemo torre adustus,
alij alio modo. Plurimi autem iaculis arcu emissis confixi. Deniq;
multiplicem speciē paruo in spacio numen exhibuerat, uinum san-
guine imbuens, & conuiuiū bellum adiungens, cædes potionibus,
libationes mactationibus promiscuè miscens, & tale theatrum præ-
donibus Ægyptijs instruens. Hi enim cum se in monte spectatores
harum rerum præbuisent, spectaculum intelligere neutiq; potue-
runt, cum prostratos ibi aliquos cernerent, nusquam autem uicto-
res conspicerent: tum uictoriam manifestam, spolia uerò non de-
tracta: & nauem solam uacūā quidem uiris, sed quod ad alia attinet
intactam, non secus ac multorū præsidio munitam, & tanquam in
tranquillo

A tranquillo uacillantem intuerentur. Tametsi autem quid esset rei
 ignorarent, nihilo minus tamen lucrū & prædam spectabant. Sei-
 gitur uictores esse cum statuisser, progressi sunt. Cumq; iam non
 procul abessent à nauī, & n̄s qui iacebant, spectaculum illis contin-
 git, longè quàm priora perplexius. Virgo sedebat in rupe, insigni
 quadam forma prædita, quæq; dea credi posset, ob præsentem qui-
 dem sortem non mediocri dolore affecta, uerū generosos spiritus
 adhuc gerens. Lauro caput redimitū habebat: pharetra uerò pen-
 debat ab humeris: porro sub sinistro brachio arcus collocatus fuit:
 reliqua manus negligenter demissa. Dextro autem femori cubito
 alterius manus incumbens, ac digitis amplexa genas, deorsum spe-
 ctans, & quendam procul iacentem ephēbum contuens, caput im-
 motum tenebat. At ille uulneribus laceratus erat: & paululum tan-
 tum sese erigere, tanquam ex profundo somno ferè ipsius mortis,
 uidebatur. Verū uel in his florebat uirili pulchritudine, & gena
 defluxu sanguinis cruentata, magis tamen albedine resplendebat.
 Oculos uerò ipsius dolor deprimebat, uultus autē uirginis ad sese
 trahebat ac erigebat. Atq; hæc uidere cogebantur, quòd illam ui-
 debant. Ut uerò spiritum collegit, difficulter admodū respirans,
 languidè prolocutus est, & O suauium, inquit, saluā ne es reue-
 ra, an & tu quoq; obiter ad belli cladem accessisti? Non potes om-
 nino, ne post mortem quidē, à nobis diuelli, sed ex tuo conspectu
 B & tua uita pendēt meæ fortunæ. In te sita sunt, inquit uirgo, mea
 omnia: deniq; ut uiuam, aut non. Hic igitur, uides, (ostenso cultro
 supra genua) hætenus paratus fuit, sed propter tuam respira-
 tionem cohibitus est. Ac simulatq; elocuta est, illico de petra
 desiluit. Illi uerò supra montē præ admiratione simul & terrore,
 tanq; fulguris aspectu perculsi, alius aliud subibat arbustum. Ma-
 ius enim quiddam, magisq; diuinū erecta illis esse uidebatur, cum
 sagittæ repentina commotione clangorem edidissent, auro uerò
 intexta uestis ad solē resplenderet, & capillus sub corona bacchi-
 comore iactaretur, ac magnam tergi partem occuparet. Hos qui-
 dem hæc perterrefaciebant: uel potius eorum quæ uiderentur,
 uel fierent, inscitia. Quidam enim deam quandam esse dicebant, &
 deam quidem Dianam, aut eius loci præsidem Isim: quidam uerò
 sacerdotem diuino furore afflatam, quæ ingentem stragem, quæ
 apparebat, edidisset. Hæc igitur iudicabāt, rem ipsam nondum scie-
 bant. At illa subito delata ad adolescentem, & illi undiquaq; cir-
 cumfusa, flebat, osculabatur, abstergebat cruorem, eiulabat, ange-
 batur de illius salute incumbens. Quod cum animaduertent A-
 gyptij, mentem in aliam mutauere sententiam. An hæc sunt ope-
 ra deæ? dicentes. Mortuum ne oscularetur numen, tanta commi-
 seratione? Audendum sibi esse, ac abeundum, & quid reuera esset
 cognoscendum censebant. Cum itaq; se recepissent, decurrunt, uir-
 b ginemq;

ginemq; adhuc apud uulnera adolescentis deprehendunt: & à ter-
 go cōsistentes, reprimūt sese, nihil neq; loqui amplius, neq; agere au-
 ſi. Circumsonante uerò strepitu, & umbra illorum incidente in o-
 culos, erexit sese uirgo: & postq; respexit, rursus deorsum inclinauit,
 inusitato coloris conspectu, & prædonum armatorum specie ne-
 minimum quidem perterrita, ad curationem autem iacentis totam
 sese componens. Sic omnino desiderium uehemens, & syncerus a-
 mor, omnia quæ extrinsecus adueniunt molesta, aut iucunda, de-
 spicit: in unum uerò id quod egregiè animo charum est, intueri, &
 in eo totum animum atq; omnem curam ponere cogit. Cum uerò
 prætereuntes prædones in fronte constitissent, & aliquid aggressu-
 ri esse uiderentur, rursus sese sustulit, & colore nigro esse conspicua-
 ta, ac facie squalida: Si iacentium estis, inquit, spectra, immeritò
 nobis negotium facessitis: plurimi enim uestris ipsorum manibus
 interfecti estis. Quod si qui à nobis, iure defensionis, ad depellen-
 dam à pudicitia iniuriam susceptæ, id accidit. Sin estis aliqui ex ijs
 qui uiuunt: prædonum uitam, ut apparet, amplectimini. Per tem-
 pus autem aduenitis, Liberate presentibus calamitatibus, cede hunc
 actum nostrum terminantes. Illa quidem ad hunc modum tragicè
 lamentabatur. At illi, cum neque ea quæ dicerentur intelligere
 possent, eos ibi relinquunt, firma illis custodia imbecillitate ipso-
 rum adhibita. Ad nauem uerò properantes, onus exponebant: a-
 lijs spretis, (multa autem erant, & uaria,) auri & argenti, & lapidum
 preciosorum, & serici quantum quisq; poterat efferentes. Cumq;
 iam satis esse uideretur, & tot res erant ut & prædonum cupidita-
 tem satiarent, præda in littore posita, eã in onera & portiones di-
 stribuebant, non dignitate singulorum quæ accepta fuerant, sed æ-
 quali pondere pondere partitionem instituentes. Quod ad uirgi-
 nem & adolescentem attinebat, id postea fuerant curaturi. Interim
 altera multitudo prædonum aduenit, duobus equitibus ordinem
 ducentibus. Quod cum uidissent priores, ne quidem manus con-
 trà leuare ausi, nec ulla re ex spolijs ablata, ne insequēdi hosti ansam
 darent, concitato cursu fugiebāt: cum non plures essent quàm de-
 cem, triplo autem numerum aduenientiū superare cernerent. Ac
 uirgo quidem iterum iam capiebatur, neq; tamē adhuc erat capta.
 Prædones autem, etsi ad direptionem festinabant, tamen præ in-
 scitia eorū quæ uidebant, ac formidine aliquādiu se reprimebant.
 Magnam enim stragē illam, à prioribus prædonibus editam esse
 arbitrabantur. Virginem autem intuentes, cum peregrina & con-
 spicua stola, eas formidines, quæ in illam irruebant, non secus ac si
 nullæ essent, cōtemnentem, totam uerò in uulnera adolescentis in-
 tentam, & illius dolorem perinde ac suum grauiter molesteq; fe-
 rentem: cum huius pulchritudine, & magnitudine animi percelle-
 bantur, tū saucij aspectu. Tali forma præditus, & tam procera sta-
 tura

A tura corporis iacebat. Iam enim paululū sese collegerat, & uultus
 pristinum statum reuocarat. Tandem post longū tempus, cum
 appropinquasset is qui illis prædonibus imperabat, inicit manū
 uirgini, & surgere ac sequi iubet. Illa uerò, etsi nihil intelligebat e-
 orum quæ dicebantur, tamen id quod imperabatur coniectura as-
 sequens, trahebat unā adolescentem, alioquī neq; ipsum eam dimit-
 tentem: & cultrum pectori admouens, minabatur se sibi mortem
 conscituram esse, nisi utrunq; abducerent. Quod cum dux partim
 ex sermone, ac magis ex ipso gestu intellexisset: simul etiam se ado-
 lescente ad res maximas adiutore usurum sperans, si mansisset inco-
 lumis, descendens ex equo ipse, ac idem scutifero facere iusso, im-
 ponit captiuos. Reliquis quidem, ut spolijs collectis sequerentur
 imperans: ipse autem euestigiō iuxtā currens, & sustollens ac suf-
 fulciens, si fortē quis ex ipsis laberet. Nec uacabat gloria, id quod
 fiebat. Seruire is, qui imperabat, uidebatur, & uictor ministrare
 captis in animū inducebat. Sic enim nobilitatis specimē, & pulchri-
 tudinis aspectus, uel prædonum ingenium sibi subiicere, & uince-
 re feriores potest. Emeni igitur ad duo stadia itineris iuxta lit-
 tus, deflexerūt rectā ad radices montis: & mari ad dextram relicto,
 ac superato cacumine montis, ad lacum quendam ad alterum latum
 montis protensum properabant. qui erat eiusmodi: Pascuum uo-
 catus est totus locus ab Ægyptijs. Est autem uallis in illo ipso tra-
 ctu, exundationes quasdam Nili recipiens, & lacus existens, in me-
 dio altitudine infinita, circa oras autē in paludem desinens. Quod
 enim mari littora, hoc paludes lacubus fiunt. Ibi prædones Æ-
 gyptij, quotquot sunt, suam Rempub. habent. Et alius, sicubi pau-
 xillum terræ ex aqua eminent, tugurio compacto: alius supra nauig-
 gium uitā agit eodem in transuectione & habitando utens. In hoc
 illis mulieres seruiunt, in eodem quoq; pariunt. Editio autem infan-
 te, primum materno lacte, postea piscibus ex lacu ad solem assis e-
 um nutrit. Quod si senserit eum reptare cupere, funiculo religato
 ad talos, ad extremum tantū nauigij procedere permittit, nouum
 quendam ductorem uinculum pedis illi adhibens. Atq; ita quis-
 spiam bubulcus natus est in lacu, eundemq; nutricem habuit, ac pa-
 triam sibi & idoneum propugnaculum ad tuendos latrones esse
 duxit. Idcirco quoq; ad illum confluit tale genus hominum. Aqua
 enim omnes tanquā muro utuntur. Porro magna uis arundinis,
 quæ est in palude, pro uallo ante illos obiecta est. Cum enim obli-
 quas quasdam semitas, & multis anfractibus implicatas excidissent,
 & sibi propter peritiam faciles, alijs uerò perplexas transmissiones
 effecissent, maximam munitionē ad id, ne ex incursione aliquo de-
 trimento afficiantur, excogitarunt. Ac ea quidem quæ ad lacum, &
 eos qui illum incolunt bubulcos attinent, sic habent. Cæterum
 sole iam ad occasum uergente, peruenit ad eum præfectus cum re-

liquo comitatu. Et hi quidem deponabant ex equis iuuenes, & prædam nauigijs imponebāt. At magna turba eorum prædonum qui illic manserant, alio aliunde ex palude egresso apparebat, certatim quæ concurrebant: & præfecto obuiam progressi, tanquā regem suum quendam excipiebant. Cum quæ multitudinē spoliatorum considerarent, & formam uirginis diuinam quandam rem esse cererent, templa aliqua aut delubra à consortibus sui operis spoliata esse suspicabantur. Ablatam uerò esse & ipsam sacerdotem, uel ipsum Deæ simulachrum uiuum abductū esse, coniecturam ex uirgine, eo quòd negocium illis ignotum fuit, faciebant. Ac multis modis præfecto obres bene ac strenuè gestas gratulantes, ad illius domicilium eum deducebant. Hoc uerò erat exigua insula, procul ab alijs, ad receptaculum illius tantum, cum paucis alijs qui illi adesse solebant, abscessa. Quò cum fuisset deductus, reliquam multitudinem in suam quemque domum abire iubebat, datis mandatis, ut postridie omnes ad eum conuenirēt: ipse uerò cum paucis qui manere consueuerant relictus, cum breui interuallo alijs coenam imperuisset, & ipse unā sumpsisset, iuuenes Græco cuidam tradit adolescenti, (qui non ita pridem ab illis captus fuerat, ut eo inter nuncio uteretur,) tugurij sui parte propinqua illis attributa, cum ut sedulo curaret adolescentem: tum ut uirginem ne ulla in re iniuria afficeretur, custodiret, imperans. Ipsum autem labore itineris grauatum, & cura præsentium negociorum implicitum, somnus B oppressit. Porro cum quies & silentium tota palude esset, & ad primam uigiliā noctis processisset, solitudinē & absentiam eorum qui tumultuarentur, tanquā occasionem sibi datam ad luctum & lamenta uirgo arripuit. Excitante etiam magis dolore ipsa nocte, & nulla re quæ audiri aut uideri posset ad sese animum reuocante, sed soli moerenti uacationem cōcedente. Cum igitur uehementius ingemuisset apud sese uirgo (separata enim erat, prout imperatum fuit, in quodam humili uilicæ lecto recumbens) & cum maximo pe re illachrymasset: Apollo, inquit, quàm longè acerbius tibi hæc ad pœnam sumis, quàm deliquimus. An non sufficiunt tibi hæc ad uindictam, quæ præterierunt? quòd necessarijs & propinquis carremus, quòd à piratis capti fuimus, quòd alijs præterea sexcentis in mari periculis iactati, nunc à prædonibus in terra iterū iam comprehensi sumus? Præterea ne grauiora his quæ experti sumus, expectanda sunt? Vbi tandem hæc sistes? Siquidem in morte uacante omni iniuria, dulcis est exitus. Sin me quispiam turpiter cogniturus est, quam neque Theagenes unquam: næ ego quidem laqueo iniuriam anteuertam, integram me & castam (quemadmodum adhuc feci) ad mortem usque seruans, & pulchrum epitaphium pudicitiae inde referens. Te uerò nullus erit iudex crudelior. Hæc adhuc loquētem repressit Theagenes: Desine, dicens, charissima, & anima

A & anima mea Chariclia. Meritò tu quidem lamentaris: uerùm exacerbas magis, quàm existimas, numen. Neq; enim probris incesse, re, uerùm orare necesse est: precibus, non criminibus, placatur id quod est potentius. Atilla: Bene admones, inquit. Sed quomodo uales, obsecro? Melius, inquit, à uespera, ex adolescentis curatione, quæ mihi inflammata uulnera leniunt. Imò magis lenirenties sub auroram: subiecit is, qui ad custodiam illius adhibitus fuerat. Nanciscar enim tibi eiusmodi herbam, quæ tertia uice coniunget uulnus. Atq; hanc esse uim eius, experientia comper tum habeo. Ex quo enim hi me huc captiuum adduxerunt, si quis unquam horum qui huic præfecto parent, saucius post conflictum uenit, non multis diebus ad curationem indiguit. Quòd autem afficior conditione uestrarum rerū, non est quòd miremini. Videmini enim mecum communi esse fortuna: simulq; uos qui Græci estis miseror, cum & ipse Græcus sim natus. Græcus, dii immortales: exclamarunt repentè præ uoluptate hospites. Græcus profectò uoce & genere. Paulopòst dabitur aliqua à malis respiratio. Sed quem te appellare oportet? inquit Theagenes. At ille: Cnemonem. Cuiatem autè agnosci? Atheniensem. Porro qua fortuna usum? Desine, inquit. Quid hæc moues, & eruere conaris: tragœdis ista relinquamus. Neq; enim per tēpus hoc auctario meorum malorum uestra cumularem: præterea nec reliquum notis sufficeret ad narrationem, præsertim cum somno nobis & requie post multos labores opus sit. Cum autem illi nihil remitterent, & ut omnino narraret orarēt, maximam consolationē esse ducentes, si similia suorū casuum audirent: orditur inde Cnemon. Fuit mihi pater Aristippus, genere Atheniensis, ex senatu superiori, for unis cuius mediocrium ciuium par. Is, cum accidisset ut mea mater è uita discederet, ad secundas nuptias animum adiecit: indignum ratus, propter me unum filium, incerto animo atq; parum constanti uiuere. Introducit itaq; in ædes mulierculam urbanam quidē, sed inueteratæ malitiæ, nomine Demenætam. Ut primùm enim ingressa est, totum in suam potestatem redigere conabatur, & ad id quod ipsa uellet faciendum adducebat: forma senem alliciens, & cum alijs in rebus ambitiosè obseruans (nam si ulla alia mulier, maximè poterat furibundum sui desiderium excitare: & artem alliciendi, exactius quàm credibile est, nouerat) tū egressibus patris mei ingemiscens, & ad ingressus accurrens, & tardius uenientē accusans, quòd uidelicet perijisset si paululū cōmoratus fuisset, & amplectens post singula uerba, deniq; lachrymas addēs osculis. Quibus omnibus pater infascinatus, totam illam & spirabat & cōtuebatur. Illa uerò & me primùm non secus ac si suus essem filius, in oculis ferre simulabat, hoc etiam sibi Aristippum deuinciens: & interdum osculata est accedens, & subinde ut mecum se oblectare

posset optauit. Quod ego admittebam, nihil eorum quæ suberant
 suspicans: admirans autem, quod maternū erga me declararet affe-
 ctum. Cum uerò petulantius accederet, & calidiora essent oscula
 quàm decebat, & aspectus modestiam excederet, in suspicionem
 iam apud me illam multa adducebant, & subterfugiebā, ac abblan-
 dientem repellebam. Omitto alia, quæ molestū esset prolixius com-
 memorare, quibus rationibus me adorta sit, quas pollicitationes
 proposuerit: nunc pusionem, nunc suauissimum appellans, & rur-
 sus hæredem, & paulo post animam suam cognominans. Deniq̃
 pulchra nomina illecebris admiscens, & quibus potissimū rebus
 caperet considerans: ita ut in grauioribus negocijs simularet ma-
 tris habitum, in ludicris autem amare se manifestè declararet. Ad ex-
 tremum, tale quiddam accidit. Cum quinquatria magna celebra-
 rentur, quando nauem Athenienses Palladi terrā mittunt (non-
 dum autem tum excesseram ex ephebis) postq̃ cecini usitatum pæ-
 anem deæ, & legitimo ritu & pōpa profecutus sum, quemadmo-
 dum eram amictus, unā cum chlamyde & coronis redeo domum.
 Illa uerò cum primū aspexit, excedit ex potestate mentis, neque
 amplius astu amorē texit, sed præ mera cupiditate accurrit, & am-
 plexa, Iuuenis Hippolytus, Theseus meus, dicebat. Quo animo
 uerò tum me fuisse putatis, quem & nunc narrare pudeat: Vespere
 ri pater in Prytaneo cœnabat: &, quemadmodū in eiusmodi con-
 uentu, & publico conuiuio, ibidem pernoctaturus erat. Illa autem
 uenit ad me noctu, & conata est contra fas quippiam assequi. Sed
 cum prorsus resisterem, & omnibus blanditijs, pollicitationibus
 & minis repugnarem, grauius & ab imo pectore ingemiscens
 abiit: & una tantum nocte interposita, insidias mihi struere sce-
 lerata cœpit. Ac primū quidem neq̃ è lecto surrexit, sed ue-
 nienti patri, & quid esset rei percontanti, infirma se esse ualitudine
 simulabat. Cum uerò instaret, & quid illi accidisset, sæpius quære-
 ret: Egregia pietate, inquit, etiam erga me adolescens, commu-
 nis noster filius, quem ego (deos contestor) plus etiam quàm te sæ-
 pe dilexi, cum me grauidā esse quibusdam ex rebus sensisset (quod
 ego te tādīu celauī, quoad aliquid certi scire possem) & absentiam
 tuam obseruasset, dum illum solito more moneo, & ad temperan-
 tiam adhortor, neue scortis & ebrietati animum dederet oro (neq̃
 enim me id latebat: tibi uerò non dicebam, ne in aliquam nouercæ
 suspicionem uenirem) de his inquā dum colloquor sola cum solo,
 ne erubesceret: alia quidem pudet dicere, quibus me & te contu-
 melia affecit: in utrum autem mihi insiliens, ut ita ualeam, quemad-
 modum uides, effecit. Hæc ut audiuit, non dixit quicquam, non
 interrogauit, non defensionem præposuit: sed sibi persuadens, nul-
 lo modo eam de me aliquid mentitam esse, quæ eo animo erga me
 fuerit, extemplò ut me offendit quadam in parte domus, nihil sci-
 entem

entem pugnis feriebat: & aduocatis famulis, cædebat flagris: ne id quidem quod utiq; commune est, quamobrem cæderet, scientem. Postea uerò quàm iram expleuit, Vel nũc saltem (inquit) pater merito, quando quidem prius non licuit, causam harum plagarum scire debeo. At ille eo magis exacerbat: O simulatum, inquit, hominem; facta sua impia ex me scire uult, & auersus, ad Demænetam festinabat. Illa uerò (nondum enim satiata fuerat) alium dolum talem cõtra me aggrediebatur. Erat illi ancilla Thisbe, callens canere ad citharam, forma & uultu nõ inuenusto. Hanc in me emittebat, ut me amaret imperans. Ac amabat repenti Thisbe: & quæ me tentantem antea sepius reiecerat, tum prorsus alliciebat ad sese, aspectu, nutibus, notis. Ego uerò uanus, quod repenti pulcher essem, credideram; & ad extremum in thalamum noctu uenientem recepi. Illa uerò iterũ redijt, & deinceps continuè ueniebat. Verum cum aliquando multum illam adhortarer, sibi ut caueret, ne à domina deprehenderetur: O Cnemon, inquit, quàm nimium simplex mihi uideris esse, si me ancillam, & argento emptam, tecum deprehendi periculosum putas. Qua porro pœna illam dignam iudicabis, quæ se ingenuam esse prædicans, & legitimo iure coniugij cohabitatorum habens, deniq; mortem sibi finem sceleris esse propositum sciens, adulterium committit? Desine, inquit, neq; enim tibi fidẽ habere possum. Imò si tibi uidebitur, in ipso facto adulterum tradam. Siquidẽ ita uolueris, inquit. Maximè uolo, respondit: & tua causa, qui ab illa iniuria affectus es: & non minus mea quoq; ut quæ extrema omnia quotidie patiar ab illa, uanam zelotypiam erga me exercente. Quamobrẽ si uir es, deprehende. Cum autem ita fore promissem, tunc quidem abiit: terra uerò postea nocte dormientem me excitat, & adulterum intus esse significat: patrem in agrum subitæ cuiusdam necessitatis causa abiisse dicens: istum uerò, ut erat constitutum, ad Demænetam nuper clam ingressum esse. Conuenire autem, ut & ad uindictam me appararem, & armatus gladio ingrederer, ne improbus effugeret. Faciebã ita, & accepto pugione, Thisbe præeunte, & faces subijciente, ad thalamum ibam. Cæterum ut astiti, lychni cuiusdam qui intus erat splendor penetrabat, & ego foribus obseratis (ut eram commotus ira) effractis, aperiẽbam, & incurrens: Vbi est consceleratus, clamabam, præclarus castæ omni ex parte amasius? & simul atq; prolocutus sum, accessi utrunq; cõfossurus. At pater ex lecto (dij boni) deuolutus, percussus accidit ad genua mea, &, O fili, cohibe te paululum, dicebat, miserere parẽtis, parce canis qui te enutrierunt. Iniuria te affecimus, sed non tamen adeò ut ad mortem usq; uindicta de me expetenda sit. Ne indulgeas iræ, neq; cæde paterna manus tuas cõtamines. Ille quidem his, & alijs præterea modis, miserabiliter supplex pro se precabatur. Ego autem tanq; fulgure percussus,

percutus, tacitus & attonitus stabam, Thisben circumspiciens, quæ nescio quo pacto subduxerat sese: lectum & thalamum in orbem oculis lustrabam, nec quid dicerem sciens, nec ad agendum consilij quicquã habens. Excidit mihi & pugio è manibus. Et hunc quidem Demæneta properè accurrès arripuit. Pater autem cum iam extra periculum esset, inijcit mihi manus, & ligare iubebat, Demæneta multis modis irritante, &, An non hæc erant quæ prædicebam, clamante, quòd caueri oporteret adolescentem, utpote occasione oblata moliturum aliquid? Intuebar uultum, mentem intelligebam. Ille autem, Prædicebas, cum dixisset, sed non credebam: me tum in uinculis detinuit, & exponere quippiam ut gestum erat uolenti, ne dicendi quidem potestatem fecit. Quamprimùm autem illuxit, prehensum sic, ut erã uinctus, produxit ad populum, & asperso capiti puluere: Non ad hanc spem, ó Athenienses, hunc educabam, dicebat: sed bacillum senectutis meæ futurum aliquando sperans, ut primùm mihi natus est, liberaliter educatum, & inijs literarum institutum, cum in tribules & gentiles introduxissem, in ephëborum album retulisset, ciuem nostrum etiam legibus effecisset, totam uitam meam ob hunc parũ tranquillè agebam. Cæterùm postquam horum omnium oblitus, me iniurijs primùm, & hanc quæ mihi secundum leges cohabitabat, uerberibus affecit: ad extremum & gladio armatus noctu aduenit, & eatenus tantum ab eo quo minus parricidã fieret abfuit, quatenus fortuna restitit, inopinato terrore ut illi gladius è manibus excideret comparans, confugi ad uos, nomenq; istius defero. Tametsi enim mihi per leges liceret, mea manu illum interimere, tamen nolui, idq; totum uestro reliqui arbitrio: melius me facturũ existimans, si de filio lege, non cæde, sumerẽ pœnam. Et simul illachrymabat. Eui labat quoq; Demæneta, & se ob meum casum dolore affici, simulabat: miserum appellans, ac iustè quidem, sed ante tempus moriturum, à malis Genijs aduersus parentes incitatũ: non lugens magis, quàm testificans lachrymis, & tanq; ueram accusationem ploratu confirmans. Cum autẽ & mihi dicendi potestatem dari postularẽ, scriba accedens, angustam quæstionẽ instituit, An patrem armatus gladio aggressus essem? Me uerò, Aggressus sum quidem, dicente, sed quemadmodum audistis: exclamarunt omnes, ac neq; causæ dicendæ ius ad me pertinere iudicantes, aliq; me lapidibus obrui debere, aliq; carnifici tradi, & in barathrum præcipitari censebant. Me uerò, toto hoc tumultu & temporis interuallo quo de pœna statuebãt, O nouerca, clamante, heu propter nouercam tollor, nouerca me iniudicatum perimit: adhæsit ad multos id quod à me dicebatur, & subibat eos suspicio rei ipsius ut erat acta: uerùm ne tum quidem audiebar. Irigens enim tumultus & perturbatio populum præoccupauerat. Cum autem calculi discernentur,

A tur, mortem mihi decernentes circiter mille & septingenti reperti,
 quorum alij lapidibus me obruendum esse, alij in barathrum mit-
 tendum indicabant. Reliqui uero ad mille, qui aliquid dantes suspi-
 cioni de nouerca, exilio me in perpetuum damnabant. Nihilominus
 tamen horum uicit sententia. Tametsi enim erant alijs simul con-
 iunctis pauciores, tamen cum illi diuersa tulissent suffragia, sigillatim
 collatione facta, mille maiorem numerum efficiebant. Atque ego qui-
 dem ira laribus paternis & patria pellebar. Nec tamen dijs inuisa
 Demæneta hoc deinceps impunè tulit: quo autem pacto, postea
 audietis. Nunc autem uobis est somno indulgendum: nam & ad
 multam noctem processit, & uobis longa quiete opus est. Imò
 maiore molestia nos afficies, inquit Theagenes, si pessimam hanc
 inultam in narratione reliqueris. Audite igitur, inquit Cnemon,
 quandoquidem uobis ita lubet. Ego ita ut eram, post iudicium de-
 scendi in Piræum, & nactus nauem quæ tum soluebat, nauigabam
 Eginam, resciscens illic me habere consobrinos matris. Eò cum
 applicuissem, & eos quos inquirebam inuenissem, non insuauiter pri-
 mò tempus degebam. Vicesimo uero post die, solito more expaci-
 ans, descendi ad portum. Ecce autem lembus apparebat, Paululum
 igitur comoratus, unde esset, & quos apportaret, considerabam.
 Necdum pons rectè iacebat, cum exiuit quidam, & me accurrens
 amplectebatur. Erat autem Charias, unus ex meis synephebis: & O-
 Cnemon, lætum nunciū tibi affero, inquit. Luit iam tibi inimica
 pœnas, Demæneta mortua est. O utinā sis saluus Charia. Cur au-
 tē preteris hoc quicquid est læti nūcij, tanquam quippiam importu-
 num afferens. Expone quæso & modum. Quam metuo, ne usitato
 more sit mortua, & effugerit mortē qua digna fuerat. Non om-
 nino deseruit nos (inquit Charias) iustitia, secundum Hesiodi sen-
 tentiam: sed quamuis interdum aliquantisper connixerit in sceleri-
 bus hominum, in longum tempus ultionem protrahens, tamen in-
 eiusmodi nefarios acrem iniicit oculum. Quæ & de conscelerata
 Demæneta supplicium sumpsit, neque me quicquam latuit eorum
 quæ dicta aut facta fuerunt: Thisbe mihi pro consuetudine, quæ illi
 mecum intercedebat, omnia narrante. Cum enim tibi exilium in-
 iustum decretum attulisset, pater infortunatus, horum quæ fecerat pœ-
 nitentia ductus, in agrum quendam & solitariam uillam sese à con-
 suetudine hominum abduxit, & ibi degebat ætatē, suum animum
 exedens, ut dici solet. Illam uero statim furia agitabant, & maiore
 cum furore te absentem amabat, neque luctum intermittebat unquam,
 quasi tuum casum deplorans, reuera autem magis sortem suam: & Cne-
 mon (clamabat noctu ac interdiu) pulso suauissime: animam suam te
 appellans: ut etiā notæ mulieres illam inuisentes, magnoperè mira-
 rentur, eamque laudarent, quod nouerca materno amore esset præ-
 dita, & consolari & confirmare conarentur. Illa uero maius ma-
 lum esse,

lum esse, quàm ut cōsolatione leniri posset: & alias ignorare, quantum stimulus cor illius premeret, dicebat. Cum uerò ad se rediisset, multis modis Thisbē accusabat, quòd nō cōmodè illi inferuisset: Quàm nimium prompta es ad res atroces, inquiens, quæ in amore quidē me non adiuuisti, at ut charissimo priuarer, dicto citius effecti, necq; spacium mutandi consilij mihi cōcessisti, et prorsus manifestas dabat significationes, quòd esset illi mali aliquid molitura. Illa uerò grauius indignantē uidens, & omnino mœrore perditā, paratamq; ad insidias comparandas, ira simul & amore insanientē, statuit illam anteuenire, insidijs illi structis salutis suæ consulens. & ingressa ad eam: Quid est hoc o domina, dicebat, cur frustra accusas famulam tuam? Ego quidem uoluntati tuæ, cum antea semper, tum etiam nunc sum obsecuta. Quod si aliquid non euenit ex animi sententiā, illa sunt fortunæ ascribenda. Atqui & nunc si iubes, in excogitando leuamine presentis mœroris, studium meum non deerit. Quòd autem, inquit illa, reperiri possit, cum is qui hæc leuare potuisset, magno locorū interuallo à nobis disiunctus sit, & me insperata eorū qui indicabant lenitas peremerit? Si enim lapidibus obrutus fuisset, omnino & in me unā extincta fuissent & mortua hæc cupiditatis incedia. Cuius enim spes abiecta semel est, tollitur ex animo: & quod nō amplius expectatur, efficit ut ad omnem sensum doloris ægri animi occalescant. Nūc uidere me illum uideor, per errorem presentem audire arbitror, cum iniustas insidias mihi obijciente, ut probrum, colloqui erubescō. Interdum uerò, & adueniente fruiturā esse existimo, & nonnunq; ipsa ad illum, ubi ubi terrarum sit, ire statuo. Hæc me inflammant, hæc ad furorem adigunt. Iusta quidem, o dij, patior. Cur enim illum non bene uolentia complectebam, sed insidijs petebam? Cur non supplex fui, sed hostiliter sum persecuta? Non admisit primū, & meritō quidem, ut alienā. Cubile paternū reuerbatur. Fortassis adductus fuisset, cum tempore, tum persuasionibus in leniorem sententiam traductus. Sed ego fera & immanis, quasi nō amarem quempiam, sed illi imperarem, crudele facinus, quòd imperio non paruisset, & quòd Demænetam contempsisset, quam longè forma superabat, perpetravi. Cæterum o mea Thisbe, quam leuationem facilem nominasti? O domina, inquit, multorum opinione Cnemon ex urbe abiit, & Attica regione iudicio obtemperans excessit. Me uerò non latuit, propter te anxie omnia inquirentē, quod hic quodam in loco ante urbē occultaretur. De Arsinoe audisti proculdubio, de tibicina scilicet: cum hac consueuerat. Post calamitatem recipit eum puella, & promittens se unā emigraturam esse, detinet domus suæ absconditum tamdiu, quoad sese compararit. Demænetam autem: O beatā, inquit, Arsinoen, tum propter priorē consuetudinē quæ illi cum Cnemone intercessit: tū propter hoc exilium, quod ipsi

A ipsi cum illo contigit: Sed hæc quid ad nos pertinent? Magno-
 pere, o domina. Amare me ego Cnemonem simulabo, rogaboq;
 Arfinoen iam pridem mihi notam ex arte, ut me introducat noctu
 ad eum, suum in locum. Quod si à me obtinebitur, tuum erit, ut te
 iam Arfinoen esse putes, & tanquam illa ad eum ingrediaris. Cura
 bo autem id quoq; ut cum aliquantū adbiberit, cubitum eat. Si i-
 gitor adæpta fueris id quod cupis, maximè tum conuenit uacare a-
 mori. Multis primo experimento extinctum est cupiditatis incen-
 dium. Amoris enim, quo res prosequimur, finis est satietas. Quod
 situm quoq; manserit, quod absit: secunda erit, ut aiunt, nauigatio,
 & aliud consiliū. Interea curemus id quod in præsentia licet. Ap-
 probabat hæc & collaudabat Demæneta: & ut quamprimum ag-
 grederetur ad ea quæ fuerunt constituta, orabat. Illa uerò diem
 unum sibi adhæc peragenda concedi à domina cum postulasset, Ar-
 finoen quidem conueniens: Teledemū nosti: dicebat, hac uerò an-
 nuete: Recipe nos, inquit, hodie, pollicita sum enim illi hæc noctem,
 ueniet autē prior: at ego subsequar, cum dominā cubitū deduxero.
 Ad Aristippū autem cum percurrisset in agrum, sic locuta est: Ve-
 nio ad te herè, accusatrix me ipsius, & statuas in me pœnam arbi-
 trio tuo: filium per me amisisti, nō quidem uolentem, sed tamen ad-
 iuricem. Cum enim sensissem, dominam haud rectè uiuere, sed cu-
 bili tuo iniuriam inferre, tum mihi ipsi metuens, ne si res per alium
 quempiam deprehensa fuisset, non effugerem malum: tum præci-
 piè tuam uicè dolens, quod cum tanto amore coniugē tuam com-
 plētereris, talem tamen ab illa referres gratiam: ipsa tibi nunciare
 uerita, iuueni hero indico, cum noctu ad illum uenissem, ut nullus
 scire posset: & dicebam, quod adulter cum dominā incestam con-
 suetudinem haberet. At ille (erat enim ab illa, ut scis, antea exacer-
 batus) putans me tum adulterum intus esse dicere, ira uehementi
 incitatus, arrepto pugione, me sæpius retinere cupientem, & quod
 tum nihil tale esset dicentem, parum curans, uel etiam pœnitere in-
 dici, & sententiam mutasse arbitratus, ad thalamum tanq; amens
 ibat. Reliqua iam nosti. Nunc uerò tibi licet, ut te de filio, quam-
 uis in exilio degat ætatē, in præsentia purges: & de utraq; nostrū,
 quæ uos iniuria affecimus, sumas pœnas. Ostendam enim tibi ho-
 die Demænetam cum adultero, in domo (quod uel maximè indig-
 nitatem auget) aliena, extra urbem, cubantem. Si hæc ita demon-
 straueris, inquit Aristippus, tibi quidem libertatis præcium per-
 soluetur: ego autem reuiuiscerem, inimicam ulciscens. Quandiu e-
 go iam angor animo, nihilominus tamen, etsi rem suspicabar, cum
 manifesta argumenta, quibus conuincere possem, non haberem,
 quiescebam. Sed quid faciendum est? Hortum scis, inquit, ubi
 est monumentū Epicuræorum? Ibi me sub uesperam ueniens op-
 perito. Hoc elocuta, recurrebat: & ad Demænetā ueniens, A-
 c 2 dorna te,

dorna te, inquit: delicatius cōptam uenire decet. Omnia, quæ tibi A
à me promissa fuerunt, parata sunt. Illa autem amiciebat sese, &
faciebat ita quemadmodum iusserat. Postea uerò quàm aduenit
uespera, secum assumptā ducebat, ut erat cōstitutum. Cumq; iam
propè accederent, eam quidem subsistere paululum iussit: ipsa ue-
rò anteuertens, rogabat Arsinoen, in alteram ut emigraret domun-
culam, & sibi quietem concederet. Erubescere enim aiebat adoles-
centulum, nuper Venerijs rebus initiatum. Hac uerò sibi persua-
deri facile passa, reuersa adiungebat sibi Demænetam: & cum in-
troduxisset, deponit in lectum, & candelam aufert (ne scilicet a-
gnosceretur à te, qui id tēporis in Ægina uersabaris) cumq; tacen-
tem implere cupiditatem mandasset: Ego uerò ad adolescentem
(inquit) abeo, & adducam tibi eum: in uicinia enim hic potat. Por-
rò cum exisset, Aristippū in eo loco qui commemoratus est, depre-
hendit, & ut ueniens ligaret adulterum, incitabat. Ille autem subse-
quebatur, & cum accelsisset, incurrit in domunculam, lectoq; uix
ad exiguum lunæ splendorem inuento: Habeo te, inquit, ô dijs in-
uisa. Thisbe autem repentè hæc illo loquente, fores ut creparent
quàm maximè potuit impulit: & ô rem inauditam, effugit nobis a-
dulter, exclamauit. Vide autem here, ne iterum aberres. Ille ue-
rò, Esto fidenti animo, inquit. Perditam & sceleratam, quam ma-
ximè uolui, habeo. comprehensamq; ducebat in urbē. At illa, om-
nia quæ circumstabant apud sese expendens, ut est uerisimile: expe-
ctationis suæ frustrationem, delictorum ignominiam, poenam le-
gibus constitutam: tum excrucians sese ob ea in quibus deprehen-
sa fuerat, & indignè patiens quòd decepta & delusa esset: cum ad
puteū qui est in Academia peruenisset, (notus est tibi locus, ubi He-
roibus duces more & instituto patrio parentant) repentè diuisis
senis manibus, in caput se præcipitem dedit. Et illa quidem iace-
bat mala malè. Aristippus autem, Dedisti mihi poenas etiam an-
te leges, tum cum dixisset, postridie omnia populo exponere: &
uixdum ueniam consecutus, amicos obibat, quibus rationibus re-
ditum tibi impetraret, cum illis consultans. An autem sit peractum
aliquid, non possum dicere. Nam ut uides, antequā aliquid fieret,
priuatæ cuiusdam necessitatis causa huc nauigauit. Veruntamen
sperare debes, populum ad tuum reditum consensurū, & patrem
ad inquisitionem & reductionem tui uenturum esse. Hæc ita mihi
Charias nunciauit. Quæ uerò deinceps consecuta sunt, & quo mo-
do huc ueni, & qua fortuna sum usus, longiore indigēt cum oratio-
ne, tum tempore. & simul collachrymauit. Flebant quoq; hospites,
pretextu quidem illius calamitatis, re ipsa autem quisq; suorum ea-
suū memoria: neq; desisset à ploratu, nisi quodammodo somnus
aduolans, præ uoluptate fletus lachrymas sedasset. Et hi quidem
ita se somno dederunt. Thyamis uerò (hoc enim erat nomē præ-
fecto

Afecto prædonum) cum maxima parte noctis placidè quieuiſſet, à quibusdam uifis ſomniorum errantibus deinde perturbatus, repente ſomno ſolutus eſt: & in ſoluendis illis laborans, inuigilabat meditationibus. Quo enim tempore galli canunt, ſiue (ut ferunt) naturali ſenſu conuerſionis qua ſol nobis appropinquat, ad dei ſalutationem commoti: ſiue præ caliditate, & motus ac eſcæ maturioris appetitu unà habitantes ſua denunciatione ad operas excitantes, tale quoddam inſomnium diuinitus illi apparuit. Memphi in urbe ſua, templum Iſidis ingrediens, uifus eſt ſibi uidere totum facibus accenſis, igne reſplendescere. Repletas uerò eſſe omni genere animantium aras, ſanguine redundantes. Ingreſſus uerò templi, & circuitum, hominibus, crepitu & tumultu mixto omnia completibus. Cum uerò ueniſſet in intimum templi palatium, deam obuiam progreſſam, tradere ſibi in manum Charicliam, ac dicere: Thyami, hanc uirginem tuæ commendo fidei: ueruntamen habens non habebis, ſed iniquus eris, & occides hoſpitem, nec tamē illa occidetur. Hæc ut uidit, angebatur animo, huc atq; illuc id quod erat ſignificatū, quo nam modo eſſet intelligendum, uoluens. Poſtremò iam deſeſſus, ad ſuam ſententiam trahit explicationē: hoc quidem, Habebis, & non habebis, uxorem ſcilicet, non amplius uirginem, arbitrabatur. At id, Occides, hymenem uulnerabis, ſignificare coniectabatur, unde non moriturā eſſe Charicliam. Ac ſomnū quidem hæc ratione interpretabatur, ſic illi cupiditate ipſius exponente. Quæ primū autem dies illuxit, præcipuos qui ſub eius poteſtate fuerant, uenire iubebat, & prædam ſpoliorum nomine grauius appellans, in medium proferri imperabat: & Cnemonem ad ſe accerſebat, præcipiens ut eos qui in cuſtodia habebantur, unà adduceret. Cum autem ducerentur, Quænam excipiet nos fortuna: clamabant. & uehementer Cnemonē orabant, ut ſi qua re poſſet, eos adiuuaret. Ille uerò pollicebatur, & fidēti animo eſſe iubebat, non omnino barbarico ingenio eſſe præfectum affirmans, ſed habere aliquid mānſuetudinis & comitatis, utpote illuſtri genere natum, & neceſſitate cogente tale genus uitæ ſecutū. Poſtea uerò quàm adducti ſunt, & reliqua turba frequēs conuenit, cū in editiore quodam loco ante alios conſediſſet Thyamis, inſulam autem concioni designaſſet, & ea quæ dicturus eſſet Cnemonem captiuus exponere iuſſiſſet (intelligebat enim iam Ægyptium ſermonem, Thyamis autem non exactè nouerat Græcum) Commilitonēs mei dicebat) animum meum, quo ſemper erga uos fuerim, noſtis. Ego enim, ut ſcitis, cū eſſem filius antiſtitis Mēphitici, fruſtratus dignitate ſacerdotij, eo quòd frater minor natus poſt patris diſceſſum, eam mihi fraude ademit: cum ad uos confugiſſem, ut iniuriam ulciſci, & priſtinam dignitatē recuperare poſſem, munere imperandi mihi ueſtris ſuffragijs delato, hæcenus uobiscum uitam egi, nihil mihi præ

cæteris ex multitudine præcipui tribuens. Sed, seu pecuniæ distri-
 buendæ fuerant, æqualitatem amauit: seu captiui diuenditi, sum-
 mam in medium attulit, iudicans eius qui præclare uelit imperare,
 muneris esse, ut ipse plurimas res gerat, partorum cum alijs æqua-
 liter sit particeps. Ex captis uerò, uiros quidē uobis adiudicabam
 semper, qui robore corporis usui erant futuri: imbecilliores diuen-
 debam. Iniuriæ autem in mulieres prorsus sum expers, cum inge-
 nuas, aut pecunia redemptas, aut ipsius fortunæ commiseratione
 adductus dimitterem: inferioris uerò conditionis, quas non tam
 ius belli captiuas, quàm consuetudo seruire cogebat, singulis ad
 obsequia distribuerem. In præsentia uerò, unum tantum ex reli-
 quis spolijs peto à uobis, hanc peregrinam uirginem. Quam cum
 possem mihi ipse dare, melius me facturum existimo, si communi
 consensu uestro acceperò. Stultum est enim, captiuæ uirginis
 amicitis uideri aliquid facere conari. Quocirca hoc à uobis peto
 beneficium, non gratis, sed ita uos uicissim remunerans, ut reliqua-
 rum rerum ex præda particeps non sim futurus. Cum enim uulga-
 rem uerem despiciat propheticum genus, non ad uoluptatis uir-
 sum, sed ad propagationē sobolis hanc mihi adiungere constitui.
 Ac ipsas causas, quibus sum ad id adductus, uobis recensere uolo.
 Initiò mihi bono genere nata esse uidetur. Eius rei coniecturam fa-
 cio, cum ex his opibus quæ circa illam repertæ sunt, tum quòd neu-
 tiquam calamitatibus fracta est, sed inde usq; ab initio animos con-
 tra fortunam attollit. Deinde indolem & ingenium probum &
 modestum, certis argumentis perspicio. Si enim forma superat om-
 nes, & aspectus uerecundia, etiam illam intuentes ad grauitatem
 quandam inuitat, an non egregiã quoq; de se existimationem me-
 ritò relinquet? Quodq; omnium eorum quæ dicta sunt maximum
 est, sacerdos cuiusdam deæ uidetur esse. Sacram igitur stolam, &
 coronas, etiam in aduersa fortuna dimittere, intolerabile & nefas
 sibi esse ducit. Num quod igitur coniugium, o uos qui adestis,
 hoc conuenientius esse potest, homine prophético dicatam deo du-
 cente? Approbarunt omnes, & matrimonium inire bonis au-
 bus iuebant. At ille iterato sermone: Vobis quidem, inquit, ha-
 beo gratiam: cæterum conuenienter præsentì instituto fecerimus,
 si quæ sit puellæ hac de re sententia, cognouerimus. Si enim impe-
 rij lege utendū fuisset, prorsus mihi uelle suffecisset. Quibus enim
 ui cogere licet, percontari superuacaneum est. Verum, cum nunc
 de legitimo agatur cōiugio, utriusq; uoluntatem congruere neces-
 se est. & cum conuertisset sermonem: Quo igitur animo accipis id,
 o uirgo, quod de habitando nobiscum proponitur? interrogabat:
 & simul, qui nam essent, & à quibus oriundi, dicere iuebat. At
 illa, cum longo tempore uultu humi defixo stetit, subinde caput
 commouens, orationem quandã præmeditari uidebatur. Tandem
 Thyamidem

Thyamidem cōtuita, & plus quàm antea pulchritudine tanquam
 fulgore quodam obruens (rubore enim magis quàm solebant, præ
 intentione cogitationis illi genæ suffusæ fuerant, & oculi quodam
 modo uehementius & acrius sese intenderant) interpretante Cne-
 mone: Conueniebat (inquit) potius fratri huic meo Theageni ora-
 tio. Decere enim puto mulierem silentium, uirum uerò responsio-
 nem inter uiros. Cum uerò mihi dicendi potestatem feceritis, & hoc
 primum humanitatis iudiciū exhibetis, ut suadēdo potius quàm ui-
 id quod æquum est obtinere conemini, maximè cum omnia quæ
 sunt dicta in me potissimū dirigantur, egredi cogor ex his legibus
 quas mihi ipsi præscripti, quæq; uirginum sunt propriæ: & ad in-
 terrogationem uictoris respondere, in tanta tot uirorum frequen-
 tia. Igitur nostræ rationes sic se habent. Natione Iones sumus, E-
 phesi in illustri familia nati. Cum autem pubertatis annos ingressi
 essemus, lege tales ad sacerdotij munus uocante, ego Dianæ, fra-
 ter autem hic meus Apollinis designatus est sacerdos. Cæterum
 cum sit annuus honor, & tēpus impleretur, profecti sumus in De-
 lum cum sacro apparatu, ibi musicos & gymnicos ludos exhibitu-
 ri, & sacerdotium more & instituto maiorum deposituri. Quam-
 obrem nauis onerabatur auro, & argēto, & uestibus, & alijs rebus
 necessarijs, quantum ad ludorum apparatū & epulas populo pu-
 blicè instruendas satis esse uidebatur. Soluebamus igitur ex portu
 cum parentes tum ob ætatem prouectiorem, tum ob metum nauig-
 ationis & iactationis in mari domi māssissent: porrò alij ciues, ma-
 gna frequentia, pars eandem nauim conscendissent, pars suis nauig-
 ijs uterentur. Postquam autem maxima pars nauigationis con-
 fecta est, improuisò tēpesta orta, & uentus uehemens, turbineq;
 mixti, & presteres mare concitantes, nauem à proposito cursu ab-
 ripiunt: cum gubernator magnitudine mali superatus remisisset,
 & paulopòst ex holcade excessisset, fortunæq; gubernationem per-
 misisset. Ferebamur igitur continuo uenti flatu dies septem, & nō-
 ctes totidem. Ad extremum in littus eiectioni sumus, quo in loco nos
 cepistis, atq; etiam magnam conspexistis stragem. Vbi cum nauæ
 super conuiuium, quod propter salutem quæ nobis contigerat a-
 gitabamus, nos aggressi essent, & propter pecuniā interimere sta-
 tuissent, non sine iactura omnium amicorum ac necessariorum, &
 illorum pariter internecione cædentium & cadentium, soli uicto-
 riam obtinuimus, & seruati sumus (quod utinam non accidisset)
 miserabiles reliquæ. Quod cum ita sit, hoc nomine tamē in aduer-
 sa fortuna foelices sumus, quòd in manus uestras deus aliquis nos
 adduxit: & quòd ijs qui mortē metuebant, de cōiugio deliberandi
 facultas est data. Quod neuiquam recusare uolo. Nam cum capti-
 uam uictoris thalamo dignam iudicari, omnem superet foelicitate-
 tem: tum dijs dicatā, antistitis filio, paulopòst etiam annuente deo

antistiti

antistiti cohabitare, omnino singulari prouidentia diuina uacare non uidetur. Vnum tantum ut mihi largiaris, Thyami, à te peto. Permitte me primū, cum in ciuitatem uenero, uel eò ubi ara Apollini aut templum dicatum sit, sacerdotium & eius indicia deponere. Commodius quidem esset Memphi, cum recuperares antistiti dignitatem. Eo enim pacto eueniret, ut nuptiæ cū uictoria coniunctæ, & post res bene gestas celebratæ, essent hilariores. Veruntamen an id prius fieri debeat, tuo relinquo arbitrio: tantum à me patri ritus antè perficiantur. Scio autem te assensurū esse, qui & à puero, ut ais, sacris rebus sis destinatus, et grauius ac piè de dijs sentias. Illa quidem post hæc dicendi finem, lachrymarum uerò fecit initium. At omnes alij qui aderāt, collaudare, & sic facere iubere, & se paratos esse ad omnia exequenda, clamore promittere. Approbabat & Thyamis, partim uolens, partim inuitus. Nam præ cupiditate qua incendebatur erga Charicliam, etiam illam horam quæ hæc gerebantur, infinitum esse tempus dilationis ducebat. Rursus autem illius oratione, tanquam alicuius Syrenis cantu demulcebatur, & ad assensionem impellebatur: simul etiam aliquid ad somnum referebat, Memphi nuptias celebratum iri credens. Soluit deinde concionem, initio præda distributa, multa ipse præcipuis ex rebus, sponte illi concedentibus alijs auferens. Porro mandat in decimū diem paratos esse, tanquā Memphim iter habituros. Græcis autem idem quod antea tabernaculum attribuebat. Ac aderat unā in eodem tabernaculo Cnemon, iussu Thyamidis, non amplius ut custos, sed ut socius adhibitus, & ea quæ ad uictum pertinent lautius, ut ibi quidem fieri potuit, præbebat Thyamis: atquæ etiam Theagenem, sororis reuerentia, eiusdem uictus participem faciebat. Ipsam uerò Charicliam, ne aspicere quidem sapius constituerat, ne aspectus inflammaret uehemens desiderium, quod illum excruciebat, atquæ ita aliquid contra ea quæ communi consensu decreta fuerant, quæquæ iam sunt commemorata, facere cogerebatur. Thyamis igitur has ob causas aspectum uirginis defugiebat: haudquaquam possibile esse, ut simul aspicere quis, & intra temperantiæ metas continere se possit, existimans. Cnemon autem, postquæ omnes celerimè dilapsi sunt, alius aliud in lacu latibulum subeuntes, herbam quam pridie Theageni promiserat, quæsitum ibat aliquantum à lacu. Sub hoc tempus uacationem nactus Theagenes, flebat & iulabat: cum Chariclia quidem nihil omnino loquens, cæterum sine intermissione deos contestans. Hac uerò quærente, nunquid solito more communem tantum fortunā deploraret, an etiam noui aliquid illi accidisset? Quid autē, inquit Theagenes, tã nouum aut magis contra fas fieri possit, quàm cum iusiurandum & pacta uiolantur? Chariclia uerò mei oblita est, & alienum approbat coniugium. Dij meliora, inquit uirgo: nequæ mihi sis calamitatibus meis

A meis grauior: ne uē, cum multis argumentis, rebus ipsis comproba-
 tis, quo sim animo erga te, antea sis expertus, ex sermone ad tempus
 accommodato, & in aliquem usum prolato, de me quippiam suspice-
 ris: nisi contrarium potius eueniat, & tu facilius sententiam mutes,
 quā me de sententia decessisse comperias. Ego enim nō defugio,
 neq; deprecor calamitatē: uerū ut non castē moderatēq; uiuam, ^{cc}
 nihil est tam uiolentum quo pertrahi possim. In uno me tantū scio ^{cc}
 mihi moderatam non esse, nimirum in amore quo te ab initio com-
 plexa sum: ueruntamē hoc quoq; legitimo & honesto. Non enim ^{cc}
 tantūq; amatori obtemperans, sed ueluti cum uiro principio pacta, ^{cc}
 tradidi me tibi, & ad hoc usq; tempus castē consuetudinis exper-
 tem asseruauī, sēpius tentantem repellens: & coniugij, quod à pri-
 mo inter nos est constitutū, & iureiurando post omnia stabilitum,
 occasionem sicubi legitimē contrahi posset, circumspiciens. Porro ^{cc}
 considera quā sis ineptus, si me barbarum Græco, prædonem ei ^{cc}
 quem amo, anteferre putes. Quid autem sibi uolebant illa,
 quæ in præclara illa concione sunt à te recitata: inquit Theagenes.
 Nā quod me fratrem tuū esse finxisti, perquā sapiens inuentum
 est, & procul Thyamim abducens à zelotypia nostri amoris, atq;
 efficiens ut nobis unā esse tutō liceat. Intelligebam quorsum ten de-
 rent & illa, quæ de Ionia, & de errore circa Delū dicebantur. Erant
 enim uerarum rerum inuolucra, & reuera audiētes in errorem in-
 ducentia. Cæterū tam promptē coniugium approbare, & paci-
 sci palām, & tempus præscribere, hæc quid significarent, coniungere
 nec poteram, nec uolebam. Optabam autem, ut hiatu terræ absor-
 berer potius, quā talem laborum propter te susceptorum, & spei
 exitum aspicerem. Chariclia Theagenem amplexa, & sexcentis
 modis exosculata, & profusis lachrymis humectans: Quā suauiter,
 inquit, accipio has formidines, quas mea causa sustines. Hinc e-
 nim declaras, quod non labascas in amore erga me, quamuis mul-
 tis calamitatibus incumbentibus. Cæterū certō scitō Theage-
 nes, quod neq; in præsentia nobiscum sermones contulissēmus, ni-
 si hæc ita promissa fuissent. Vim enim uehementis cupiditatis tergi ^{cc}
 uersatio contrario nixu intendit: Oratio uerō cedēs, & ad motum ^{cc}
 uoluntatis apposita, primum ardentemq; impetum sedauit, & con- ^{cc}
 citatam appetitionē suauitate pollicitationis consopiuit. Primo si- ^{cc}
 quidem conatu qui agrestius amant, in promissionem efflagitan- ^{cc}
 dam sibi incumbendum esse existimant, & se potiri post promissa ^{cc}
 putantes, tranquilliori sunt animo, in spe uacillātes. Quæ ego quo- ^{cc}
 que prospiciens, sermone me in illius potestatem tradidi: his quæ
 deinceps consecutura sunt, dijs commendatis, & Genio, qui initio ^{cc}
 amoris nostri tutelam sortitus est. Multum sæpe intermissus dies ^{cc}
 unus aut alter momenti ad salutem attulit, & prosperos casus præ- ^{cc}
 buit, quos nullis consilijs homines consequi potuissent. Quocirca ^{cc}

» ego ipsa etiam hoc tempore id consilij cæteris prætulī, certa incertis
 » discutens. Cautè igitur est, suauissime tanquam lucta hoc fig-
 » mento utendum, & silentio occultandum, non tantum apud alios,
 » uerum etiam apud Cnemonem. Tamen si enim rationibus nostris
 » fauet, & Græcus est: tamen captiuus in præsentia, & uictori, si ita
 » res ferat, plus gratificaturus. Nam neq; amicitiae tempus, neq; ius
 » cognationis, satis certū pignus nobis illius erga nos fidei exhibet.
 » Quamobrem etiam si aliqua suspitione attigerit aliquando res nos-
 » stras, initio negandum est. Pulchrum est enim mendacium, cum au-
 » thori commodat, & audienti nõ nocet. Hæc & multa alia in eam
 » sententiam Chariclia optimè suggerente, Cnemon incurrit nimirum
 » festinans, & magnam perturbationem uultu declarans. &, O
 » Theagenes, herbam tibi affero, dicebat, quam apponēs curato uul-
 » nera. Cæterum oportet ad alia uulnera, & pares labores paratos esse.
 » Hoc uerò petente, ut quæ dixisset, uberius & planius exponere-
 » ret: Ratio temporis non fert, niquit, ut nunc audias. Metuendum
 » est enim, ne uerba rebus anteuertantur. Verum sequere ocyus, se-
 » quatur autem unà & Chariclia, & assumptum utrunq; ducebat ad
 » Thyamidem. Cum autem illum galeam polientē, & acuentem
 » hastam deprehēdisset: Tempestiue, inquit, uersaris circa arma: sed
 » & ipse ea indue, & idem ut alij faciant impera. Multitudo enim ho-
 » stium tanta, quanta nunq; antea, nobis imminet: & tam exiguo in-
 » teruallo distat, ut ex proximo colle erectus eam conspexerim: e oq;
 » aduentum nunciās, festinato accurrā, nihil de celeritate remittens.
 » Quin etiam dum transmitterem, quibus quiuu denunciaui, ut sese
 » appararent. Sustulit sese his auditis Thyamis, & ubi esset Charic-
 » clia quærebat: tanquam illi magis metuens, quam sibi. Quam ubi
 » proxime limen stantem, ut se represserat, ostendit Cnemon: Tu
 » quidem hanc duc in antrum, ubi etiā thesauri nostri tuto asseruan-
 » tur, soli, nemine arbitro dicebat: illa autem demissa charissime, & o-
 » ri operculo ut solet fieri imposito, redi celerrimè, nobis bellum erit
 » curæ. Scutiferum autem uictimam adducere iubebat, ut sacrifi-
 » cio dijs præsidibus facto, prælium inirent. Cnemon itaq; impera-
 » ta exequabatur, & Charicliam uariè lamentantem, identidemq; ad
 » Theagenem sese conuertentem ducebat, postremò in antrum im-
 » misit. Hoc autem non erat naturæ opus, qualia multa in terra &
 » sub terra fornicata existunt: sed artis prædonum, naturam imitan-
 » tis, & manuum Ægyptiarum fossio ad custodienda spolia affabrè
 » excauata. Erat autem factū tali quodam modo. Os illius angustum
 » fuit, conclauis cuiusdam abditi foribus subiectum, ut limen altera
 » ianua in descensu fieret, cum necessitas postularet. Incidebat autem
 » facile, & aperiebatur: reliqua pars inde in obliquos cuniculos ua-
 » rие & promiscuè secta. Si quidem interiores meatus & sulci, alicubi
 » separatim magna arte errātes, alicubi in sese incidentes, & radicum
 » in mo-

A in morem implicati, ad unam planiciem in fundo confluentes, coalescebant: quò & lumen exiguum quadam rima à summitate lacus incidebat. Eò cum demisisset Charicliam Cnemon, peritia loci deductam, & cum alijs multis modis cõfirmasset, tum quod ad illam cum Theagene sub uesperã uenturus esset, promississet (neq; enim se illi permissurum esse, ut cum hostibus manus conserat, sed illum effugiturum esse praelium) nihil prolocutã, sed malo ueluti morte ietã, & tanq; anima Theagene priuatã, spiritu & uoce linquentẽ relinquẽs, egressus est ex antro: & limine clauso aliquantum illachrymans, tũ propter necessitatẽ sibi impositam, tum propter illius fortunã, quòd propemodũ uiuam defodisset, & lætissimum inter mortales nomen Charicliẽ nocti & caligini tradidisset, recurrit ad Thyamidẽ. Quem deprehendit studio pugnandi ardentẽ, & unã cum Theagene egregiẽ armatum, & eos qui circa illum congregati fuerant, propemodum ad rabiem oratione incitantem. Stans enim in medio, dicebat: Commilitones, non uideo quid attineat uos pluribus hortari, qui admonitione nulla indigeatis, sed uitam præcipuam bellum semper ducatis, præsertim inopinato hostium aduentu uerborum prolixitatem præcidente. Cum enim iam hostes re ipsa uim inferant, eam non iisdem rationibus à nobis propulsare, prorsus est eorum qui consilio rei conuenienti destituantur. Scientes igitur, quòd non de uxoribus, neq; de liberis agatur, quod uel solum pleriq; ad excitandos animos ad praelium suffecit (tametsi & hæc minoris momenti, & alia quæcunq; uictores manent, si uicerimus, habere licebit) sed de uita & animabus nostris (neq; enim unquam pactis bellum inter prædones compositum est, neq; foederibus finitum: sed aut superstites esse uictores, aut mori uictos necesse est) ita cum inimicissimis, animo & corpore incitato concurramus. Hæc locutus, scutiferum circumspiciebat, & nomine sæpius Thermutim uocabat. Cum uerò nusquam adesset, uehementer minatus, ad traiectum cursu contendit. Iam enim praelium commissum fuerat: & licuit uidere etiã è longinquo, eos qui extremas partes lacus, & aditum ipsum incolebant, iam uenire in hostium potestatem. Nam ij qui aduenerant, cadentiũ, uel fuga sibi cõsulentium naues & tuguria succenderant: à quibus flamma in uicinã paludem proiecta, & arundinem cuius magna uis in ea erat aceruatim uorante, ingens quidam & intolerabilis splendor ab igne redditus in oculos, in aures autem fragor & strepitus incurrebat, & omnis belli species ciebatur ac exaudiebatur, indigenis omni cõtentione & robore praelium sustinentibus: illis uero multitudine & improviso accessu longè superantibus, & quosdam in terra cædentibus, quosdam in lacu unã cum ipsis nauigijs atq; etiã domunculis deprimentibus. Ex quibus omnibus sonitus quidam conflatus in aerem ferebatur, cum pedestri praelio & nauali decernerent, cæderent &

caderent, sanguine lacum cruentarent, igni & aqua implicarentur. Quæ cum uidit & audiuit Thyamis, somnium illi in mētem uenit, quo Isim uiderat, & totum templum facibus & uictimis refertum, atque illa esse hæc, quæ nunc uiderētur, animaduertebat: & ex somnii uisione contrariam priori colligebat sententiam, quod habens non habiturus esset Charicliā, utpote bello ereptam: et quod interfectorus esset, & non uulneraturus: gladio scilicet, & non uenera lege. Denicq; cum deam ut fraudulentam conuicijs onerasset, indignum ratus aliquem alium Charicliā potiri, suis aliquantisper sustinere prælium iussis, dum fieri oporteret, in loco manentibus, furtim circa insulam pugnādo, & occultis eruptionibus ex paludibus in circuitu faciendis: Optabile enim esse, & sic multitudini hostium resistere: ipse tanquā Thermuthim inquisiturus, & dijs penatibus uota nuncupaturus, nulli ut illum sequeretur permittens, ad domunculam reuertebatur. Haud facile autem inde, quò semel contendit, reuocari, aut deflecti potest barbaricum ingenium: & si saluti suæ desperauerint, consueuerunt quoscunq; charos habent barbari, aut secum unā esse uelle, etiam post mortem oberrantes, aut aui hostium & iniuria uindicari. Eandē ob causam & Thyamis omnium quæ erāt præ manibus oblitus, præcipuè cum ueluti retibus, hostium copijs circumdatus esset: amore uerò, zelotypia & ira furens, cum ad antrum contento cursu uenisset, desiliens, altāq; uoce inclamans, & Ægyptiacè multa proferens, ut circa os ipsum offensus, & si salu ductus, iniicit capiti sinistram manum, & pectus iuxta mammā gladio trañcit. Atque hæc quidem hoc tam tristi modo iacebat, miserabili & ultimo eiulatu edito. Ille autem cū excurrisset, & limē clausisset, tumulumq; aliquantū accumulasset cū lachrymis, & his uerbis, Hęc tibi à nobis spōsalia dona dantur: ad nauigia perueniens, alios quidē fugam adornare deprehendit, cū iam hostes ex propinquo cōspicerētur: Thermuthim uero uenire, & sacrificiū inchoare. Et hoc quidē cum conuicijs obiurgato, quòd à se iam antè pulcherrimum sacrificium factum esset, conscendit ipse cum Thermuthi, et tertio remige. Neq; enim plures ferre possunt nauigia, quibus in lacubus nauigatur, ex ligno tantūmodo & trunco uno crasso agrestibus excauata. Soluit simul & Theagenes eū Cnemone in altero nauigio, eadem ratione alius in alia cymba, atque ita deinceps reliquiomnes. Postq; autem profecti sunt non procul ab insula, circumnauigantes potius quàm in altum nauigantes, cohibuerūt remigium, & nauigia instruebant in fronte, tanq; hostium impetum ex aduerso excepturi. Deinde appropinquantes tantummodo, neq; undarum impetum sustinentes, reliqui omnes simulatque uiderunt hostes, illicò fugiebant, ut ne primum quidē clamorē & strepitum belli pertulerint, Discedebant quoq; sensim ex pugna Theagenes & Cnemone,

& Cnemon, non ob metum præcipuè terga dātes. Solus Thyamis
 fugere sibi indignū fortasse ratus, præterea Charicliæ ne superstes
 quidem esse uolens, immisit sese in confertos hostes. Cumq; iam
 uentum esset ad manus, exclamauit quidam: Hic est ille Thyamis,
 intentus sit in eum quilibet. Itaq; repenti in orbem conuersis nauis
 gijis, cōclusum eum tenebant in medio. At illo strenuè dimicante,
 & alios uulnerante, alios interficiente, dignum erat admiratione id
 quod deinceps fiebat. Nemo enim tanto ex numero gladiū uel de-
 nciebat, uel educebat, sed quilibet omni studio annitebatur ut ui-
 uum capere posset. Ille autem diu admodum repugnabat: sed tan-
 dem priuatur hasta, cum simul eum plures obruissent. Amittit &
 armigerum, qui præclare quidem illum adiuuerat: sed letali uulne-
 re, ut uidebatur, saucius, desperata salute in lacum sese immisit, diffi-
 culterq; in paludem enauit, quando quidem nemini, ut illum perse-
 queretur, in mentem ueniebat. Iam enim Thyamidem ceperant: &
 eo capto, totam uictoriam se adeptos esse arbitrabātur. Cumq; tot
 socijs orbatī essent, magis tamen cum istum unum, à quo interfecti
 fuerant, stiparent, lætabantur, quàm cognatos amissos lugebant.
 Sic omnino prædonibus, animabus ipsis pecuniæ maiore precio ge-
 stimātur, & amicitiae nomen ac necessitudinis ad unū lucri finem
 destinatur. Quod & istis accidit. Erāt enim ij, qui antea metu Thy-
 amidis, & eius comitum, ad Heracleoticum ostium fugā fecerant.
 Indignātes igitur, quod alienis rebus priuati essent, & adeptorum
 spoliatorum iacturam non secus ac propriarum facultatum iniquo
 ferentes animo, tum ijs qui domi fuerant collectis, tum uicinīs pa-
 gis conuocatis, ad parem & æqualem sortem eorum quæ acceptu-
 ri essent, expeditionis fuerūt duces & signiferi. Thyamidē autem
 ea de causa capiebant. Petosiris illi Memphi frater erat. Hic insidijs
 sacerdotium antistitiij contra morem & institutum patrium Thya-
 midī cum eripuisset, (erat enim minor natu) & maiorem natu fra-
 trem prædonū ducem esse audiret, metuens ne occasionem nactus
 adueniret aliquando, ne uie tempus ipsum insidias à se factas patefa-
 ceret, ad hæc sentiens multorum de se suspensionem, existimantium
 quod ille sustulisset Thyamidē, ut qui nusq; cōpareret: missis nun-
 cijs in prædonū pagos, pecunię magnam uim & pecudū proposuit
 præmiū ijs, qui uiuum illū adduxissent. Quibus illecti latrones, neq;
 in ipso feruore belli memoria lucri amissa, postq; quidam eū agno-
 uerunt, multorū morte uiuum adepti sunt. Et hunc quidē in terram ab-
 legant, dimidia parte ad illius custodiā adhibita, multifariam illis le-
 nitatem qua uidebantur esse usi, obijcientem ut probrum, & uincu-
 la grauius ac molestius ferentē quàm mortem. Reliqui uerò ad insu-
 lā uersi sunt, ea spe quod thesauros quos quærebant, illic essent in-
 uenturi. Sed ubi totam percurrerunt, neq; ullam partem intactam
 aut inexploratam reliquerunt, nihil eorum quibus spe iam atq; a-
 nimo

nimo incubabant adepti, paruis quibusdam exceptis, si quid fortè
circa antrum, dum reliqua conderentur, sub terram relictum fue-
rat: igne tabernaculis iniecto, uespera iam aduentante, & prohibe-
bente illos in insula diutius manere, metuentes ne in insidias eo-
rum qui effugerant ex prælio uenirent, ad suos reuersi sunt.

HELIODORI AETHIOPICO.

rum Liber secundus.



C insula quidem sic igni atq; incendio uastaba-
tur: Theagenem autem & Cnemonem, quamdiu
sol erat supra terram, malum latebat. Ignis enim
species de die attenuatur, radijs dei illustrata. Po-
stea uerò quàm occubuit, noctemq; reduxit, & i-
gnis non impedito splendore recuperato, procul
apparebat, ipsi ex palude nocte confidentes sese erexerunt, insu-
lamq; prorsus iam flamma comprehensam animaduertent. Tum
uero Theagenes caput feriens, ac uellens crines: Valeat, inquit,
iam uita hodie, terminetur ac dissoluantur omnia, metus, pericula,
curæ, spes, amores: interit Chariclia, perit Theagenes. Nequicq;
ego incoelix timidus fui, & fugam uiro indignam capessere in ani-
mum induxi, tibi me suauium seruans. Enim uerò non amplius ero
superstes charissima, te iacente præter naturæ communem legem,
quod est omnium grauissimum: & præter opinionem tuam, haud
sanè in ijs manibus, in quibus uolebas, uitam relinquente. Igne, heu
me miserum, consumpta es, cum tibi faces huiusmodi numen pro-
nuptialibus facibus accendisset. Consumpta est præcipua inter
homines forma, ut neq; reliquæ non fucatae pulchritudinis in cor-
pore mortuo remanserint. O crudelitatem singularem, & infan-
dam numinis acerbiter. Erepta est mihi facultas supremi com-
plexus: ultimis osculis & exanimibus orbatus sum. Hæc dicenti,
& gladium circumspicienti, subito Cnemon manum repulit, &
Quid sibi uolunt hæc Theagenes, dicebat? quid luges eam que
uiuuit? est Chariclia, & quidē salua, esto fidenti animo. Cum autem
hic, Amentibus ista & pueris Cnemon, dixisset, pereundū tibi fuit,
qui mihi quoq; dulcissimā mortem eripueris: iurabat Cnemon, &
omnia dicebat, mandatū Thyamis, antrū, quo pacto ipse demissis-
set, quæ sit antri natura, quod nihil omnino sit metuendū, ne in pro-
funditatē ignis perueniat, ab sexcētis anfractibus fractus & repul-
sus: respirauit ad hæc Theagenes, & ad insulam properabat, iamq;
ueluti præsentem animo circumspiciebat, & cubiculū sibi antrum
fingebat, luctus in quibus ibi erat futurus ignorans. Prouehaban-
tur igitur summo ardore, ipsi remigum officio fungētes. Portitor
enim ipsorum in primo cōflictu, clamore sublato, tanq; pertica qua-
dam

A dam excussus fuerat. Huc igitur atq; illuc de recto cursu defereban-
 tur, tum quòd inscitia non pariter, nec æqualibus interuallis remi-
 gabant: tū quòd ex aduerso uentus incidebat. Veruntamen uince-
 bat inscitiam promptitudo animi. Cum igitur difficulter & mul-
 ce to cum sudore ad insulam appulissent, quanta potuerunt celerita-
 te ad tabernacula cucurrerunt. Et hæc quidem iam conflagrasse de-
 prehendent, & ex loco tantum cognosci: lapidem uerò, qui limen
 fuerat, tegmentumq; antri, eminere & conspici. Ventus enim ue-
 hemens tugurijs illatus, cum ea utpote de tenui arundine, atq; hac
 ipsa palustri texta, sufflando igne in transitu combussisset, prope-
 modum planiciem subiectã ostendebat, flamma quidem acriter ex-
 marcescente, & in cinerem resoluta: cinere uerò plurimo quidem
 impetu uenti uehementis ablato, reliquo autem qui manserat pau-
 co admodum, flatu extincto, & ad transitum præbendum arefacto,
 Facibus igitur semiustis inuētis, & reliquijs arundinis incensis, in-
 gressu antri aperto, Cnemone duce decurrebant. Postquã autem
 paululum processerunt, repente exclamauit Cnemon, O Iupiter,
 quid hoc rei est: perimus, interfecta est Chariclia: tum facem in ter-
 ram deiectam extinxit, & manibus oculis applicatis, in genua col-
 lapsus lugebat. Theagenes autem, tanquam aliquo uis protruden-
 te ad corpus iacentis delapsus, diu illud immotus tenebat, & adhæ-
 rebat undiquaq; amplectens. Cnemon itaq; cum omnino dolori il-
 lum succubuisse, & in calamitatem incisum esse intellexisset, metue-
 retq; ne sibi aliquid mali conscisceret, gladium illi clam aufert ex ua-
 gina, quæ sub latere pendebat: & solo relicto, excurrit tanq; faces
 accensurus. Interea tragicè et lugubriter fremens Theagenes, O do-
 lorem, inquit, intolerabilem, & calamitatem diuinitus immissam:
 quænam usque adeò insatiabilis Erynnis, in nostram perniciem ira-
 percita furit, quæ exilium à patria imposuit, periculis in mari, peri-
 culis piraticis obiecit, prædonibus multoties tradidit, facultates à
 nobis alienauit? Vnum erat pro omnibus relictum solatiū sed &
 hoc ereptū est. Iacet Chariclia, & hostili manu charissima peremp-
 ta est, haud dubiè pudicitiam propugnans, & mihi se asseruans. Ni-
 hilominus tamen iacet infelix, neq; ipsa quentq; ex forma fructum
 cepit, neq; mihi ulli usui fuit. Cæterum o suauis, alloquere me iam
 ultimò, solito more: manda quippiam, si quid adhuc spiras. Heu
 me miserum, taces, fatidicum illud & diuino lepore præditum os
 silentium premit, caligo facis gestatricem, ac chaos ex sacrario de-
 orum ministram occupauit. Oculi uerò lumine carent, qui omnes
 pulchritudine illustrabant, quos non uidit interfecto certo scio.
 Cæterum quo te nomine quispiam appellet? sponsæ ne? at despon-
 sata nō es. An porro nuptæ? enim uero expers es coniugij. Quem
 igitur appellabo? quem postremò alloquar? an omnium suauissi-
 mum nomen Charicliæ? O Chariclia, adesto animo, fidum habes
 amatorem,

amatorē, haud ita multo post me recuperabis. Iam enim tibi infen- A
 rias peragā mea ipsius cede, & libabo tibi sanguine amico meo, con-
 tinebitq; nos rude sepulchrū hoc antrum. Licebit autem nobis u-
 ticq; mutua frui consuetudine post mortē, etiamsi uiuis a Deo con-
 cessum non est. Quod simulatq; elocutus est, illico manum iniecit
 tanquā extracturus gladium. Cum aut non inuenisset, o Cnemon,
 exclamauit, quā me perdidisti, atq; etiam prius iniuria affecisti
 Charicliam, suauissima consuetudine iterum iam priuatam. Hæc
 illo dicente, ex meatibus antri uocis quidam sonus exaudiebatur,
 Theagenes uocantis. Ille autem nihil territus audiuit, & Veniam
 charissima anima, dicebat. Manifestum præbes argumentū, te ad-
 huc supra terram ferri; partim quod à tali corpore, ex quo per uim
 expulsa es, discedere sine molestia non possis: partim quod, quia se-
 pulta non es, fortassis ab infernalibus umbris arcearis. Et cum inte-
 rim superuenisset Cnemon facibus accensis, idem sonus iterum ex-
 audiebatur, Theagenem appellans. Cnemon igitur exclamans:
 Dñi boni, an non (inquit) Charicliæ uox est? Omnino existimo il-
 lam seruata esse, Theagenes. Siquidem ex intima antri parte, quo
 loco scio me illam reliquisse, uox ferit meas aures. Non desines,
 inquit Theagenes, me toties frustrari ac decipere. Atqui decipio
 te, dixit Cnemon, ac uicissim ipse decipior, si hanc quæ iacet
 Charicliam esse compererimus. extemploq; iacentem obuertebat B
 in faciem: quam ut uidit, Quid hoc est portēti, o dñi prodigiorū au-
 thores? exclamat, Thisbes facies apparet. retulit q; pedem, ac tre-
 mens immotus cum quodam stupore stetit. Theagenes autem
 iam inde collecto spiritu, & in bonam spem animo conuerso, tum
 reuocabat Cnemonem, quē iam deficiebat animus: tum ut quam-
 primum ad Charicliam duceret, orabat. Paruo autem spacio inter-
 misso, cum ad sese redijt Cnemon, iterum iacentem circumspicie-
 bat. Erat autem reuera Thisbe. Nam & gladium qui propè excide-
 rat, ex ansa agnoscebat esse Thyamis, quem ille iuxta cædem præ ira
 & festinatione in ipso uulnere reliquerat. Deniq; tabella quadam
 eminente supra pectus, sub axilla sublata, uolebat quid esset in ea
 scriptum legere: sed non sinebat Theagenes, sine intermissione in-
 cumbens, & Charissimam (dicens) prius excipiamus: nisi nunc e-
 tiam nos deus quispiam ludificabitur: hæc autem uel postea licebit
 cognoscere. Acquieuit Cnemon, atq; ita accepta tabula, gladioq;
 sublato, ad Charicliam festinabat: quæ manibus ac pedibus ad lu-
 men reptans, & accurrēs ad Theagenem, ex illius collo pendebat.
 Ac illa quidem, Redditus es mihi Theagenes: hic autem, Viuis mi-
 hi Chariclia, sæpius dicebant. postremo in solum subito labuntur,
 & mutuis amplexibus cohærebant, nullam uocem præter mugi-
 tum quendam edentes: parumq; aberat quin exanimarentur. Sæ-
 pius enim nimia læticia in mœrorem euasit, & immodica uoluptas
 dolorem

A dolorem genuit, à nobis ipsis accersitum. Quemadmodum & ij præ-
 ter spem atq; opinionem seruati periclitabantur: donec tandē Cne-
 mon scaturiginem quandam repurgans, cum confluentem illico
 aquulam cauis manibus hausisset, faciem illorum conspersit, & na-
 res subinde attrahens, ut ad sese redirent, effecit: Illi autem, cum
 familiariter impliciti essent, & iacere se deprehendissent, repente
 erecti erubescabant propter Cnemonem (ac Charicliā præcipuē)
 qui horum spectator fuerat: & ut ueniam illis daret, orabant. Qui
 leniter arridens, & ad hilaritatem illis animum relaxans: Hæc, in-
 quit, etiam laudem merentur, me iudice, & quouis alio, qui cum a-
 more antè luctatus, suauiter in pugna succubuit, & eius casus ine-
 uitabiles moderatè cognouit. Verùm illa Theagenes neutiquam
 laudare potui, quorum etiam me reuera pudebat, cum uiderem te
 peregrinam, & nullo uinculo necessitudinis coniunctā mulierem,
 circumfusum lugere turpiter, præsertim me superesse & uiuere
 charissimam asseuerante. Theagenes autē, Ne, inquit, me Cnemon
 apud Charicliam traducas, quam ego in alieno corpore lugebam,
 hanc esse illam quæ iacebat existimans. Verùm quoniam errorem
 in illa re fuisse beneuolentia quædam numinis ostendit, quæso ali-
 quid de tua timiditate recordere, quæ meam sortem prior deplora-
 bas, & inopinatam iacentis agnitionem, perinde atq; in scena deos
 productos refugiebas, armatus & gladio instructus mulierē, atq;
 eam mortuam pertimescens, strenuus & Atticus bellator. Leui-
 ter ad hæc arriserunt, & quasi coacti, neq; sine lachrymis: ut in tali
 calamitate, magis luctu & lachrymis occupati. Igitur cum paulu-
 lum spacij intermisisset Charicliā, genā sub aure scalpens: Beatam
 quidem, inquit, iudico, quam Theagenes luxit, aut etiam oscula-
 tus est, ut ait Cnemon, quæcunq; tandem illa sit. Veruntamen, nisi
 me amore angere & morderi suspicabimini, quænam fuerit illa foelix,
 & lachrymis digna Theagenis, & quo errore ignotam tanquam
 me osculatus sis, cuperem, si fortè scis, ex te discere. Miraberis, in-
 quit. Thisben enim Cnemon hic dicit esse, Atheniensem illam fidi-
 cinam, insidiarū erga se & Demænetam architectatricem. Cha-
 ricliā autem perterrefacta, & Quomodo consentaneum esset Cne-
 mon, dicente, ex media Græcia ad extremos Ægypti fines tanq; ex
 composito esse transmissam: aut qui fieri potuerit, ut nos huc de-
 scendentes lateret? De his non habeo quod dicam, respondit ip-
 si Cnemon. Cæterum quæ de illa comperi, sunt eiusmodi. Postq;
 enim Demæneta dolo circumuenta in puteum se præcipitauit, &
 pater retulit ad populum de eo quod factum fuerat: initio quidem
 ueniam est consecutus, & in eo ut mihi reditum impetrare posset
 apud populum, & ad inquisitionem mei nauigaret, erat occupa-
 tus. Thisbe autem ex illius occupatione uacationem sibi faciebat,
 & in conuiujs securè tum se, tum artem suam præstituebat. Cum
 e autem

autem aliquando gratia superasset Arsinoen cubantem & fistula
 canentem, ipsa celeriter fides pulsans, & concinnè ac suauiter citha-
 ræ accinens, non animaduertit se sibi apud illam conflasse meretri-
 ciam inuidiam & æmulationem, coniunctam cum indignatione
 singulari: præcipuè cum eam quidam mercator Naucrattes, co-
 gnomento Nausicles, amplecteretur: Arsinoe, cum qua primū con-
 fueuerat, contempta, ea de causa quòd illi intumescere genas inter-
 canendum uidebat, & uehementer inflando præter decorum ad-
 nares exurgere, oculis incensis, ac sua sede excedentibus. Quamob-
 rem tumens ira, & ardens æmulatione Arsinoe, cognatos Demæ-
 netæ accedens, insidias illi à Thisbe factas exposuit: quædam ipsa
 per se suspicata, quædam ita quemadmodum illi Thisbe societate
 coniuncta dixerat, recensens. Cum igitur coiuisissent in damnatio-
 nem patris mei, necessarij Demænetæ, & eloquentissimos quosq;
 oratores, ad accusandū magna pecunia conductos produxissent,
 iniudicatā & non conuictam perijsse Demænetam clamabant, & ad-
 dulteriū ad prætextum cædis compositū fuisse narrabant, & ut ex-
 hiberet adulterum seu uiuum seu mortuum postulabant: deniq;
 nomen saltem proferre iubebant: ad extremum, Thisben in quæ-
 stionem postulabant. Cum autem pollicitus pater, non posset il-
 lam in quæstionem ferre: prospexerat enim hoc illa, cum primum
 iudicium cogeretur, & (sic enim illi erat cum mercatore constitu-
 tum) fuga sibi cōsuluerat: populus iniquè ferens, interfectore eum
 quidem non iudicauit, qui omnia ut gesta fuerant, exposuerat: ue-
 runtamen ut adiutorem insidiarum contra Demænetam, & exilij
 mihi iniuste indicti, ex urbe pepulit, & proscriptione bonorum
 mulctauit, eiuscemodi fructum ex secundis nuptijs quæsitis conse-
 cutum. At sceleratissima Thisbe, quæ quidem nunc in conspectu
 meo dat pœnas, ea ratione nauigauit Athenis. Atq; hæc tantum
 scire potui, quæ mihi Anticles quidā in Ægina narrauerat: cū quo
 cum iterum in Ægyptum nauigassem, ut si fortè Naucratiæ This-
 ben reperissem, reducens Athenas liberarem patrem suspitioni-
 bus & criminibus in eum illatis, sumerem uero de illa insidiarum
 nobis omnibus factarum pœnas: nunc hic, & unà uobiscum, rem
 inquirō. Porro quid fuerit in causa, & modum, & casus quos hoc
 interuallo passus sum, deinceps audietis. At quomodo Thisbe in
 hoc antro, & à quibus sit interfecta, deo quopiam fortasse, qui no-
 bis exponat, opus erit. Cæterum, si uidetur, tabellam, quam in pe-
 ctore ipsius inuenimus, aspiciamus. Consentaneum est, fore, ut in-
 de aliquid præterea addiscamus. Placuit sententia, & aperiens, in-
 cepit in eam sententiā scripta legere. CNEMONI HERO,
 hostis & uindex Thisbe. Initiò nuncio tibi Demænetæ mortem,
 quæ illi à me tua causa comparata est. Rationem autem, qua id fe-
 cerim, si me receperis, coram exponam. Porro scito me in hac insu-
 la esse

A la esse decimum iam diem, à quodã prædone ex eorum numero qui hic sunt, captam: qui se etiam armigerum esse præfecti gloriatur, & me cõclusam detinet, ne prospiciendí quidẽ uel extra fores facultatẽ concedens: hac poena mihi, ut ipse dicit, propter amorẽ quo me prosequitur, at quemadmodũ ego coniectura assequi possum, propter metũ ne à quopiam auferar, imposita. Veruntamẽ ego te deo quodam offerente prætereuntem here & cõspexi, & cognoui: atq; hanc tibi tabellam clam per contubernalem anum transmisi, formoso & Græco, & amico Principis tradere imperãs. Eripe me queso ex manibus prædonis, & suscipe ancillam tuã: & si tua uoluntas feret, serua. hoc cognito, quod ea, quibus in te delinquerẽ sum uisa, necessitate coacta: quibus autem inimicam tuam ulta sum, ea sponte fecerim. Quòd si tam uehemens ira tua est, ut mutari non possit, utere hac contra me ut lubet, dummodo in tua sim potestate, etiam si mori oporteat. Longè enim melius esse existimo, manibus interimi tuis, & funeris officium Græco ritu consequi, quàm morte grauiorem uitam, & amorem barbaricum inimicitia acerbiorẽ Attica sustinere. Talia quidem Thisbe & tabella loquebatur. Cnemon autem, O' Thisbe, inquit, tu quidem ut decuit es interfecta, & ipsa nobis nuncio tuarum calamitatum functa es, ex ipsa tua cæde narrationem offerens. Sic omnino ultrix Erinnys, ut res ipsa testatur, toto orbe terrarum te agens, non prius iustum flagrum cohibuit, quàm me (tamen in Ægypto ætatem agentem) iniuria affectum, spectatorem tui supplicij constituisset. Sed quid' nam erat sceleris, quod tibi iampridem struenti contra me, & machinati per literas, fortuna è manibus eripuit? Quàm te etiam nunc suspectam habeo, & magnopere metuo, ne commentum sit etiam Demænetẽ mors: & cum mihi uerba dederint ij, qui id ipsum nunciarunt: tum tu mari uenias, alterum spectaculum Tragicum ex Attica etiam in Ægypto de nobis exhibitura. An non tandẽ defines (inquit Theagenes) nimium esse fortis, simulachra & umbras reformidans? Neque enim dixeris, quod & mihi, aspectuicq; meo, aliquibus præstigijs imposuerit, cũ ego nulla ex parte huius fabulæ sim particeps. Sed hæc quidem iacet reuera exanime corpus, & hac de causa nihil est quòd labores Cnemon. Cæterum quis nam sit author huius erga te beneficij, qui illam interfecit, & quomodo huc demissam, aut quando, egomet uehementer ambigens obstupui. Alia non possum tibi dicere, inquit Cnemon. at interfecto eius omnino est Thyamis: si quidem coniectura faciendã est ex gladio, quem iuxta cædem inuenimus. illius enim esse cognosco, & insigne hoc ansæ: aquila enim ebore cælata est. Dicas igitur, inquit Theagenes, quomodo cædẽ hanc, & quando, & qua de causa patrarit. Quo pacto autem hoc scire possem? respondit Cnemon: neq; enim me factidicum hoc antrum effecit, quemadmodum adytum Delphicum:

& sicuti ijs qui Trophonij specum subierunt, usuuenire ferunt, ut
 diuino furore afflati uaticinentur. Collachrymarunt subito The
 agenes & Chariclia, atq; o Pytho & Delphi, plorantes clamabant.
 Cnemon autem percussus est, nec potuit conijcere, quidnam illis a
 nomine Pythonis accidisset. Ac hi quide hisce erant occupati. Por
 ro Thermutis scutifer Thyamidis, postquam e praelio saucius in
 terram enauit, cum nox superuenisset, nauigium quoddam, quod
 ex naufragio iuxta palude ferebatur, nactus, & conscendens, ad in
 sulam ac Thisben festinabat. Hanc paucis ante diebus, cum duce
 retur a Nausicle mercatore, in angusta quadam uia ad latus montis,
 ex insidijs Thermuthis interceperat. Ut autem tumultus belli per
 strepuit, & hostes aduentabant, quando illum ad afferendam ui
 ctimam Thyamis mittebat, extra teli iactum collocans, & seruare
 sibi incolumem cupiens, clam eam in antrum demiserat, atq; adeo
 praeperturbatione & festinatione circa ipsum os reliquerat. Quo
 in loco, ut iniecta erat initio, metu praesentium periculorum, & in
 scitia semitarum in profunditatem fundi ferentium, manente This
 ben Thyamis offendens, tanquam Charicliam interfecerat. Ad
 hanc igitur (ut qui effugerat periculum belli) properans Thermu
 this, postquam ad insulam applicuit, contento cursu ad tabernacu
 la perrexit. At haec quidem, praeter cinerem nihil erant amplius.
 Ore uero ex lapide uix tandem inuento, & arundine, sicubi adhuc
 reliquiae manserant, accensa, decurrit summo studio, nominatim
 Thisben appellans, tantumq; nomine Graecifans: uerum ut uidit
 iacentem, diu stupens, immotus stetit. Ad extremum, cum murmur
 & sonos quosdam sensisset, ex concauis antri partibus efferri, (col
 loquebantur enim adhuc Theagenes & Cnemon) illos ipsos esse
 interfectores Thisbes suspicabatur:angebaturq; animo, cogitans
 quid sibi faciendum esset: cum ferocia quidem latronibus insita,
 & ira barbarica magis tum etiam propter amoris frustrationem
 intensa, ad impetum ibidem in eos quos putabat esse authores, fa
 ciendum impelleretur: rursus autem inopia armorum & gladij, uel
 inuitus ad moderationem reuocaretur. Visum est itaq; illi consul
 tissimum esse, initio non hostiliter superuenire: si uero suppedita
 rent arma, deinde hostes aggredi. Atq; hoc apud animum constitu
 to, uenit ad Theagenem toruis trucibusq; oculis circumspiciens,
 & occultam animi sententiam uultu declarans. Illi autem ut uide
 runt uirum nudum, ex improviso superuenientem, saucium, cruen
 ta facie, non eodem modo se gesserunt: sed Chariclia ad interiores
 partes antri descendit, fortassis uerita nudi & deformis uiri, qui ap
 paruerat, conspectum: Cnemon autem quiescebat, & pedem refe
 rebat, cum agnosceret quide Thermuthim, sed tamen praeter spem
 conspiceret, & aliquid noui aggressurum esse arbitraretur. Verum
 Theagenem non magis terrebat spectaculum, quam irritabat: &
 gladium

A gladium intentabat, tanquam percussurus, si quid temerarium
 aggredereur, & Siste gradum, dicebat, aut uulnus accipies: quod
 autem nondū accepisti, in causa est, quod te paululū agnoscam, &
 qua mente uenias ambiguum sit. Deprecabatur accidens Ther-
 muthis, supplex tēporis magis ratione, quā morū, factus: & Cne-
 monem in auxilium uocabat, meritūq; se esse ut seruaretur dice-
 bat: nulla in re unquam se illum iniuria affecisse, & socium pridē fu-
 isse, & ad amicos uenire, asseuerans. Permotus est his Cnemon,
 & accedens erexit amplexum genua Theagenis: & ubi esset Thy-
 amis, continuē quærebat. Ille autē omnia dicebat, quomodo con-
 flixerat cum hostibus, quomodo in mediam aciem sese immittens
 dimicabat, nec illorū nec suæ saluti parcens: quomodo quēq; ob-
 uium trucidabat, ipse uerò stipabatur, edicto ut quilibet parceret
 Thyamidi mandante: deniq; quod, quid ad extremum illi accide-
 rit, non posset dicere, & ipse saucius in terram enasset, in præsentia
 uerò ad inquisitionem Thisbes in antrum ueniret. Illi autem, quid
 ipsius interesset Thisben inquirere, aut unde ipsam adeptus esset,
 percontabantur. Dicebat & hæc Thermuthis, ac enarrabat, quo-
 modo mercatoribus abstulisset, quomodo illā deperisset, quomo-
 do alio quidem tēpore clam apud sese asseruasset, sub aduentū au-
 tē hostium in antrū demississet: nūc autem inueniat à quibusdam in-
 teremptā, quos qui sint scire non possit: ueruntamen libenter rescie-
 scat, causæ & occasionis cædis cognoscendæ gratia. Cnemon itaq;
 singulari studio cupiēs sese quamprimū suspicione liberare, Thy-
 amis est interfecto, dicebat: & in testimonium adducebat gladium,
 quē iuxta cædem inuenerant. Eum ut uidit Thermuthis ad huc cru-
 ore manantē, calido adhuc ferro recentem cædem exsudante, & co-
 gnouit esse Thyamidis, uehemētius atq; imo à pectore ingemiscens
 & quomodo confectum esset negociū ignorās, caligine ac silentio
 oppressus exibat ex antro. & ad corpus iacentis ueniens, ac pectori
 capite imposito, o Thisbe, subinde, neq; præterea quicquā dicebat,
 usq; dum nomen paulatim mutilans, & paulo post ipse deficiens,
 somno clam oppressus est. Theagenem autem & Charicliam, u-
 nā cum Cnemone, subibat de statu rerum suarum cogitatio. Et ui-
 debantur quidem quasi consultare uelle: sed tum ærumnarū, quæ
 præterierant, multitudo: tum præsentium calamitatum moles, &
 imminentium incertitudo, obscurabat atq; impediēbat partem ani-
 mæ ratiocinatricem: se ipsos uerò sæpissime intuebantur, & quili-
 bet alterum quippiam in rem præsentē dicturum esse expectans,
 deinde spe lapsus, in terram uultum demittebat, ac rursus attollens
 suspirabat, gemitu dolore leuato. Postremò reclinat sese in terram
 Cnemon, collabitur in saxum Theagenes, reijcit sese in eum Chari-
 clia: & somnum quidem urgentem diu repellebant, consilium ali-
 quod capere de præsentibus rebus cupientes: uerū angoribus

& labore fracti, legi naturæ uel inuiti parebant, & in dulcem som-
 num ut ex ingenti mœstitia lapsi sunt. Sic equidem cum affectione
 corporis, & animæ pars intelligens consentire cogebatur. Po-
 stea uerò quàm paululum somnum produxerunt, ita ut palpebræ
 tantū nonnihil leuarentur, Charicliæ ibi unà cubanti insomnium
 tale uenit. Vir squalida coma, & truci ac insidioso aspectu, mani-
 bus cruentis oculum eius eruebat. Illa autem statim exclamauit, &
 sibi ereptum oculum esse dicens, Theagenem uocabat. Atq; hic uo-
 catus statim aderat, & illius casum, quasi etiam eum in somnis senti-
 ret, deplorabat. Porrò illa manum faciei admouebat, & partem
 quam in somnis amiserat attrectans, ubiq; inquirebat. Vt uerò som-
 nium fuisse intellexit, Somnium fuit, dicebat: habeo oculum, ades
 animo, & omitte timorem Theagenes. Respirauit his auditis The-
 agenes, & Tu quidem ut fieri debet, inquit, solis radios retines ad-
 huc incolumes: cæterum quid tibi accidit, aut quis terror te inua-
 serat? Vir, inquit, sceleratus & proteruus, neq; tuum inuictum ro-
 bur pertimescens, iacenti mihi ad tua genua insultabat, gladio ar-
 matus, atq; adeò illum mihi dextrum exemisse oculum omnino pu-
 tabam. Utinam autem reuera id mihi accidisset, potius quàm in
 somnis apparuisset. Hoc uerò, Dij meliora, dicente: Quoniam
 sanè, inquit, melius fuerat, utroq; oculo me priuari, quàm de te esse
 sollicitam. Quàm metuo, ne te hoc insomnium petat, quem ego o-
 culum, & animã, & fortunas meas omnes esse duxi. Desine, sub-
 iecit Cnemon: (nam exaudierat omnia, ad primum clamorem Cha-
 ricliæ de somno excitatus:) Mihi enim aliud quiddam somniũ ui-
 detur significare, & utrum parentes habeas, responde. Hac uerò
 annuente, & si quando erant dicente: Igitur patrem tibi esse mor-
 tuum existima, dicebat. Inde autem eius rei coniecturam facio. Si
 quidem ut egrediamur in hanc uitam, & hac luce fruamur, paren-
 tes scimus esse authores. Quocirca non abs re patrẽ & matrem o-
 culorum pari, tanquam sensu capaci lucis, & eorum que uideri pos-
 sunt ministro, somnia occultè significant. Graue & hoc est, in-
 quit Chariclia: ueruntamen sit potius uerum, quàm illud alterum:
 & uincat tuus tripos, at ego falsa uates esse pronuncier. Hæc qui-
 dem ita euenient, & in ijs acquiescere oportet, dicebat Cnemon.
 Nos autem reuera somniare uidemur, insomnia & imaginationes
 expedientes, nostrarum autem rationum considerationem nul-
 lam in medium proponentes, præsertim quamdiu licet, Ægyptio
 hoc (significabat autem Thermuthim) à nobis separato, & exani-
 mes amores fingẽte, ac lugente. Excipiens itaq; eius uerba The-
 agenes: Enim uerò Cnemon, inquit, quoniã te deus aliquis nobis
 copulauit, & socium calamitatum fecit, auspicare consilium. Nam
 & locorum in hisce regionibus, & linguæ peritus es: & nos alioqui
 minus apti sumus ad id quod sit necessarium intelligendũ, utpote
 maiore

A maiore fluctu ærumnarum obruti. Paululū igitur immoratus Cne-
 mon, sic locutus est: Malis quidē qui magis abundet, incertum est.
 Satis enim magnum onus calamitatum & mihi numen imposuit.
 Veruntamen quoniam me ut maiorē natu, dicere de præsentibus
 rebus iubetis, sic accipite. Hæc insula, ut uidetis, deserta est, & nemi-
 nem præter nos continet. Deinde argenti quidem, & auri, & uesti-
 um magna copia: (multa enim sunt hæc quæ in hoc antro cū no-
 bis erepta, tum alijs adempta, Thyamis, & qui illi aderant, deposue-
 runt.) cæterum frumenti, & eorum quæ sunt ad uictum necessaria,
 ne nomen quidem relictum est. Periculum est igitur, ne si diutius
 hic manserimus, uel fame sit nobis pereundū, uel aduentu siue ho-
 stium reuertentium, siue horum qui nobiscum fuerunt, si collecti
 (quoniam hunc thesaurum non ignorant) propter pecunias adue-
 nerint. Tunc enim effugere non possemus, quin interimeremur:
 aut saltem, si leuius nobiscum agerent, contumelijs eorum & petu-
 lantiæ obijceremur. Cum enim semper sit infidum bubulcorum ge-
 nus, tū nunc præcipuè, cum duce, pro imperio reuocante illorum
 animos ad moderationem, carent. Relinquenda igitur est nobis, &
 fugienda, tanquam retia quædam, aut carcer, insula: ablegantibus
 primū Thermuthim, eo prætextu, ut interroget & inquiret, si quid
 de Thyamide possit cognoscere. Facilius enim ipsi seorsim consul-
 tabimus, & aggrediemur ad ea quæ facienda sunt: & alioquin ui-
 rum à nobis remouere consultum est, natura inconstantem, & fer-
 ris ac immanibus moribus præditum, præterea aliquid de nobis su-
 spicantem Thisbes causa: neq; prius conquieturum, quàm nos, si
 occasione nactus fuerit, insidijs circumueniat. Approbata sunt
 hæc, & uisum est ut fierent. & abeuntes ad os antri (iam enim &
 diè esse intellexerant) excitarūt Thermuthim, prorsus somno tor-
 pentem. & cum deliberatorum quæ uerisimilia erant exposuissent,
 ac facile uiro leui persuasissent, corpus autem Thisbes in alueum
 quendam imposuissent, & quantum pulueris ex tabernaculis reli-
 ctum fuerat, id totum supra illam aggersissent, & ea quæ fieri asso-
 lent propter religionem, eo apparatu quem tempus suppeditabat
 peregissent, lachrymisq; ac luctu pro omnibus cæremonijs paren-
 tassent, Thermuthim ad id consilium perficiendū, quod antea fuit
 constitutum, emiserunt. Sed ille paululū progressus, reuersus est:
 neq; se solum iturum esse dixit, neq; temerè obiecturum tanto peri-
 culo explorationis, nisi Cnemō particeps negocij esse uellet. Quod
 cum detrectare uidisset Cnemonem Theagenes (referens enim ea
 quæ dicta fuerant ab Ægyptio, uidebatur angī animo, & formida-
 re) Tu uerò, inquit, consilio ualueras, at animis es aliquantō imbe-
 cillior: atq; id de te comperi, cū ex alijs rebus, tū præcipuè ex præ-
 senti tempore. Enim uerò excita spiritus, & ad fortitudinem erige
 animū. In præsentia enim ne aliquam suspiciōē de fuga concipiat,
 necessarium

» necessarium esse uidetur, ita cum eo pacisci, & in itinere unà ire, (nihil
 » est enim periculi, cum inermi iter facere, ei qui gladium habeat, &
 » sit munitus armis) deinde occasione oblata clam eum relinquere,
 & uenire ad nos in eum locum quem constituerimus. Constitue-
 mus autem pagum aliquem propinquum, siquidē ita tibi uidetur.
 Benè monere Cnemoni est uisus, & Chemim quendam pagum sic
 appellatum indicabat, opulentum, & frequentem hominibus,
 denique ad ripas Nilī in colle, munitiois causa contra incursum bu-
 bulcorū situm. distare uero transmissio lacu, stadijs propemodum
 centum; oportere autem, ut meridiem uersus rectā eant. Difficul-
 ter quidem, respondit Theagenes, praesertim propter Charicliam,
 quae longioribus itineribus aslueta non est: attamen ibimus, men-
 dicos nos esse, & eos qui uictus querendi causa cum prestigijs qui-
 busdam circumuagentur, asimulantes. Hercle, inquit Cnemon:
 etenim estis nimis deformi & distorto aspectu, Chariclia prae-
 cipue, utpote cui oculus nuper sit elisus. quare mihi uidemini, tales
 cum sitis, non stipem frustra panis, sed cultros & lebetes petitori.
 Ad haec arrisit leuiter, & dedita opera, ita ut summa labra tan-
 tum risus percurreret. Iureiurando uero firmatis ijs quae decreue-
 rant, & quod nunquam sponte se essent deserturi, contestantes deos,
 exquebantur ea quae constituta fuerant. Cnemō igitur & Ther-
 muthis multo mane transmissio lacu, iter faciebant per densam quan-
 dam syluam, transitu difficilem. Praecedebat autem Thermuthis, B
 cum hoc Cnemon dixisset & uoluisset, peritiā difficultatis itineris,
 qua ille praeditus esset, praetexens, & illi prouinciam monstrandae
 uiae demandās: magis uero suae securitati consulens, & occasionem
 sibi ad effugiendum praeparans. Cum autem longius progressi in
 armenta incidissent, & ij qui pascebant ea diffugissent, densioresque
 syluae partes subiissent, ariete quodam ex ijs qui gregem praecedebant
 maectato, & ad ignem a pastoribus praeparatum torrefacto,
 carnes uorabant, neque exactam assationē expectantes, uentre quod
 fame stimularetur properante. Tanquam igitur lupi quidam, aut
 thoes, deglutiebant abscisa quaelibet, & paululum tantummodo i-
 gne denigrata, ita ut quaedam adhuc semiusta inter mandendū san-
 guine stillarent. Postquam autē sese expleuerunt, & lacte sitim re-
 stinxerunt, iter propositum tendebant, & iam tempus consilij exe-
 quendi erat. Itaque cum collem quendam ascendissent (sub hoc situm
 esse pagum Thermuthis dicebat, atque ibi Thyamidem captum, aut
 detineri in uinculis, aut interemptum esse coniectabatur) affligi sibi
 uentrem ob nimiam repletionem causabatur, & magno cum cru-
 ciatu ex lacte profluere dicebat Cnemō, atque Thermuthim ut pro-
 grederetur, orabat, se uero assecuturum esse. Hoc semel atque iterum
 faciens, & tertio, sincerè agere uisus est, & difficulter se illū assequi
 confirmabat. Postquam autem Aegyptiū assuefecit, ad extremum
 mansit

mansit illo inscio, & in densitatem profundiorē, quanta celeritate potuit per decliuem sese coniiciens profugit. Et ille quidem cum in cacumen montis euasisset, quiescebat in quodam saxo, uesperam & noctem operiens, qua constituerant, cum uenissent in pagum, Thyamidis statum explorare: simul & Cnemonē circumspiciens, si fortē superueniret, quiddam nefarium illi moliens. Neque enim relinquebat de illo conceptam animo suspiciōē, quōd Thisben interemisset: & quo pacto illum uicissim interficere posset, cogitabat: ac deinde ad aggrediendum Theagenem rabie quadā incitabatur. Cum uerō Cnemon nusquam appareret, & nox intempesta iam esset, in somnum uersus Thermuthis, æneum quendam & ultimum somnum dormiuit, aspidis morsu, fatorū fortasse uoluntate, non inconuenientem uite finem sortitus. At Cnemon in itinere cum Thermuthim reliquisset, non prius respirauit in fuga, quam nocturnæ uenientes tenebræ cohibuerunt eius impetū, eodemque loco ubi nox illum occuparat sese abscondit, & foliorum quantum poterat supra se accumulauit: sub quibus iacēs, magna ex parte in somnem ducens noctem excruciabatur, omnem strepitū, et quamlibet auram, ac foliorū motum, Thermuthim esse existimās. Quod si quando uincebatur paululum à somno, fugere se putabat, & statim conuertebat sese, & circumspiciebat à tergo eum qui nusquam insequabatur. & cum uellet dormire, abstinebat, eo quōd nolebat, in gratiōra somnia quā res ipsa erat incidens. Ad extremum nocti irasci uidebatur, longiorem esse cæteris existimans. Vt autem diem summo desiderio uidit, primū præcidit ex comæ prolixitate tantum, quantum ad comparandam speciem prædonibus conuenientem, apud bubulcos aluerat, ne illum obuī quicquid auersarentur, aut suspectum haberent. Bubulci enim cum alia faciunt ut formidabiliōres appareāt, tum etiam comam ad fastum promittunt, & quatiunt super humeros sparsam, non ignorantes quōd comam eos qui amorī operam dant acceptiōres, prædones autem terribiliōres efficiat. Cum igitur præcidisset Cnemon tantū comæ, quantum cōptiōri alere conuenit minus prædone, ad Chemmim quendam pagum, qui ad cōueniendum cum Theagene constitutus fuerat, properabat. Iam uerō Nilo appropinquanti, & ad Chemmim pagum transmissuro, senex quidam uir in ripa oberrans apparuit, diu sursum ac deorsum iuxta alueum deambulans, & tanquā cum fluuiō cogitationes quasdam communicans, comā sacro quodam ritu promissam habuit, prorsus canam, mentum hirsutum, angusti ore profunditate: pallium & reliquum uestitum, Græcū habitum representantem. Paululum igitur cohibuit sese Cnemon: sed cum sæpius prætercurreret senex, neque adesse quenquam sentire uideretur (adeo totus erat cogitationi intentus, & mens soli meditationi uacabat) à fronte accedens, in primis illū auere iubebat. Hoc uerō

se non posse dicente, quod non ita illi à fortuna accideret: admiratus Cnemon, An, inquit, Græcus hospes: aut unde? Neq; Græcus, neq; hospes, sed hinc Ægyptius. Quis fit igitur, quod pallio Græcos imitaris? Calamitates, inquit, mihi hunc splendidum habitum, alio uestitu commutarunt. Cnemone autem aliquem se ornare posse ob calamitates demirante, & hæc cognoscere uolente: Ex Illo me fers, inquit senex, & malorum examen, atq; ex his infinitum murmur erga te commoues. Cæterum quod iter instituisti, aut unde uenis adolescens, aut quomodo Græcè loqueris in Ægypto? Rem, inquit Cnemon, ridiculam postulas. Cum enim nihil de tuis rationibus mihi dixeris, presertim prius interrogatus, mearum rerum cognitionem expetis. Non accipio ut probrum, uideris enim esse Græcus: & quædam te quoq; ut apparet, fortuna in aliam figuram transformat: tum omnino desiderio audiendi rationes nostras teneris. Atqui dolor meus iam diu parturit aliquibus exponere, & fortasse huic arundini exposuissem, iuxta fabulam, nisi in te incidissem. Ripas igitur has Nili, & ipsum Nilum relinquamus: neq; enim est idonea longioribus narrationibus extremas ripæ, locus meridionali ardori solis expositus: ad pagum uerò, quem uidemus ex aduerso situm esse, pergamus, nisi te forte negotium magis arduum auocet. Ibi te hospitio excipiant, non in mea domo, sed in uiri boni, qui & me ut supplicem recepit: apud quem meas rationes, si uolueris, cognosces, & uicissim tuas mecum communicabis. Eamus, inquit Cnemon. Nam alioquin iter ad hunc pagum habeo, ut qui quosdam necessarios hic expectare debeam. Conscendentes igitur nauigium (multa autem ad ripam fluctuabant, ad usum transuectionis pro mercede parata) transmittunt in pagum, & in ædes in quibus diuersabatur hospes, perueniunt. Ac patrem familiam quidem non deprehendunt: excipiunt autem eos summo studio filia herilis iam nubilis, & reliquæ ancillæ quotquot domi erant, quæ hospitem colebant in patris loco. Sic enim, ut opinor, erat à domino imperatum. Et hæc quidem lauabat pedes, & puluerem abstergebat sub tibia: alia lectum curabat, & mollem præparabat accubitus: alia urnam ferebat, & pyram accendebat: alia mensam inferebat, panibus triticeis & fructibus uarijs refertam. Quod Cnemon miratus, Fortasse, inquit, in domicilia Iouis Hospitalis uenimus pater, adeo sedula colimur obseruantia, & singularem animi beneuolentiam declarante. Non in Iouis, inquit, sed in eius uiri, qui Iouem Hospitalē & supplicum patronum exactè nouit. Vitam enim, fili, ille quoq; in peregrinationibus et mercatu agit, multaq; urbes, & multarum gentium mores ac studia sunt illi nota. Quam ob causam, ut est consentaneum, cum alios, tum me quoq; non multos ante dies errantem & uagabundum tecto recepit. Quisnam autem erat error, pater, quem narras? Liberis, inquit, à latronibus priuatus, & maleficos

& maleficos noscens, sed ulcisci non ualens, uersor in hoc loco, & luctu dolorem prosequor, non secus atq; auis quæpiam, cum illius nidum draco populatur, & præ oculis sobolē uorat, accedere quidem reformidat, fugere autem non potest: amor enim in ipsa repugnat, ac dolor: sed stridens circumuolat obsidionis calamitatem, in aures immanes, & quas natura misericordiam non docuit, ne quicquam maternum & supplicē luctum ingerens. Velis igitur, Cnemon inquit, quomodo & quando graue hoc bellū sustinuiſti, enarrare. Postea, inquit. Nunc uerò tempus est, ut etiam uentrem curamus. Ad hoc respiciens Homerus, & quod ipso omnia minoris ^{o d' uos. p} ducantur, præclare perniciosum eū appellauit. Sed primum à nobis, pro Ægyptiorum sapientum disciplina, libetur dijs immortalibus. Neq; enim me quicquam adducet, ut hoc uiolē: nec unquam tantum dolor inualeſcet, ut memoriam & obseruantiam numinis ex animo excutiat meo. Hæc locutus, effundebat ex phiala meram aquam, & Libo (dicebat) dijs huius terre, & Græcis, & ipsi Apollini Delphico, ac insuper Theageni & Charicliæ, bonis & honestis. Siquidem & hos in deorum numerum refero. simulq; collachrymauit, tanquam aliam libationem illis præterea faciens mœrenti fletu. Obstupuit auditis his nominibus Cnemon, & undiquaq; senem oculis lustrans, Quid dicis? inquit, tui ne sunt reueraliberi Theagenes & Charicliæ? Liberi, dixit hospes: qui mihi absque matre nati sunt. Casu enim meos filios dii eos designarunt, & ediderunt animi dolores, & constitutio animi erga illos à me propria natura habita est: ex qua illi me quoq; patrem & putarunt esse, & nominarunt. Cæterum dic mihi unde tu illos noris? Non tantum noui, inquit Cnemon, sed etiam illos esse saluos & incolumes tibi nuncio. O Apollo, inquit exclamans, ac dii cæteri, ubi nam terrarum sint isti, ostende. Seruatorem te meum, ac dijs ipsis æqualem esse ducam. Præmium autem, inquit, quod nam erit? In præsentia quidem, ait ille, gratitudo, uiro sapienti pulcherrimum munus. Quod si in patriam uenerimus, quod futurum esse breui, dii mihi prænunciant, hauries opes quàm maximas. Futura, inquit, & incerta promittis, cum liceat ex præsentia copia remunerari. Indica, si quid in præsentia uides. Adeo cupidè uel partem aliquam corporis amittam, ut nullo membro me mutilatū esse, sed integra omnia habere sim existimaturus. Hoc, inquit, postulo, ut de his mihi unde sint, & quibus parentibus nati, & qua fortuna usi, enarrare non recuses. Habebis, respondit, præmium quoddam magnum, & cui nullum aliud comparari posset, etiam si opes omnium hominum postulasses. Sed nunc tibi aliquid capiamus. Ad hanc enim rem longiori tempore utriq; nostrum, & tibi ad audiendum, & mihi ad narrandū opus erit. Cum igitur comedissent nuces, & ficus, & recens decerptas palmulas, & alia id genus, quibus uesci senex

consueuerat: (anima enim nihil unquam esse gratia priuabat) sorbe-
 bant quoque is quidem aquam, Cnemon autem & uinum. Atque hic
 paruo spacio temporis intermisso: Bacchus, inquit, quam gaudeat
 confabulationibus & carminibus conuiuialibus, non ignoras pater.
 Quare nunc quoque cum me sibi uendicarit, ut aueam aliquid audi-
 re incitat, & ad repetendum praemium a te mihi promissum impel-
 lit: & tempus est ut iam fabulam hanc tanquam in scena (ut dicitur)
 instruas. Audies, inquit: atque utinam contigisset frugi Nausiclem
 nobiscum unam esse, quem saepius flagitantem, ut a me initiaretur hac
 narratione, alias aliter differendo elusi. Vbi autem tum esset inter-
 rogabat Cnemon, postquam nomen Nausiclis agnouit. Aduen-
 tionem, inquit, profectus est. Qualem? iterum quaerente: Fe-
 rarum, inquit, immanium, quae uocantur quidem homines & bu-
 bulci, caeterum latrocinis exercendis uitam agunt, & difficulter cir-
 cumueniri possunt, tanquam lustris & cauernis palude utentes.
 Cuius autem criminis illos reos facit? Atticae, inquit, amicae rap-
 tus, quam Thisben ille nominabat. Papae, dixit Cnemon: atque il-
 lic conticuit, ueluti sese reprimens. Sene uero, quid illi accidisset,
 percitantem: ad aliam Cnemon eum abducens, Demiror, inquit, qui,
 aut quibus copiis confusus, illos aggredi in animum induxerit.
 At ille: A rege magno, inquit, satrapa Aegypti Oroondates est
 constitutus, cuius iussu, praefectus excubiarum Mitranes, sortitus
 est hunc pagum. Hunc Nausicles magna summa pecuniae condu-
 ctum, ducit cum equitibus & peditibus multis. Molestum autem fert
 ereptionem Atticae puellae, ut non tantum amicae & egregie canen-
 tis fidibus: sed multo magis, quod eam ad regem Aethyopum secum
 abducturus fuerat, quemadmodum ipse dicebat, uxori illius com-
 potricem, & familiarem Graecorum more futuram. Tanquam igitur
 ingenti pecunia, quam pro illa expectabat, priuatus, omnem ad
 eam rem comparat & adhibet machinam. Author etiam ipse fui,
 & hortator illi ad eam rem aggrediendam: fieri posse, ut alicubi li-
 beros meos repertos mihi seruaret, cogitans. Excipiens autem
 Cnemon: Satis est, inquit, iam bubulcorum, & satraparum, & regum
 ipsorum. Parum enim aberat, quin me non aduertentem animum,
 prorsus aliorum sermone traduceres. Appendicem hanc nihil (ut
 aiunt) ad Bacchum annectisti. Quare reducas orationem ad id quod
 a te promissum est. Inueni enim te quasi Proteum Pharium, non
 quidem ut illum in commenticiam & fluxam speciem uerti, sed me
 abducere a proposito conari. Cognosces, inquit senex. Exponam
 autem initio meas res breuiter, non fucum tibi faciens in narratio-
 ne, ut tu existimas, sed distinctam et coherentem cum illis quae sequen-
 tur, tibi praeparans orationem. Mihi est urbs Memphis patria,
 pater autem & cognomen Calasiris. Porro genere uitae nunc erro,
 non multo autem ante Antistes fueram. Habui autem & uxorem
 urbis

A urbis instituto, sed amisi lege naturæ. Hæc cum è corpore in aliam
 requiem excessisset, aliquanto tempore ætatem agebam expers ma-
 lorum, in duobus filijs ex ea susceptis me oblectans. Non post mul-
 tos autem annos, luminarium cœlestis circuitus fati definitus, mu-
 tat totum statum nostrarum rerū, & oculus Saturnius in domum
 irruit, in deterius afferens mutationē. Effugiendī autē nulla spes:
 lucrum uerò, ut in talibus rebus, prospicientia est, obtundens ad-
 uersorum casuum aciem & ardorem. Calamitates enim, filij, quæ in-
 opinatò adueniunt, sunt intolerabiles: at præuisæ, æquiore animo
 perferuntur. Illas enim animus metu occupatus reformidat, & æ-
 grè fert: has autem consuetudo rationi familiares reddit. Accidit
 autem mihi tale quiddam. Muliercula Thracica, maturo ætatis flo-
 re, pulchritudine autem post Charicliam secundas tenens, nomine
 Rhodopis, nescio unde, aut quomodo, aduerso fato eorum qui il-
 lam cognouerunt, profecta peragrabat Ægyptum, atq; etiā Mem-
 phim petulanter ueniebat, magna pedissequarum & seruorum ca-
 terua, & multis opibus stipata, omnibus ueneris illecebris atque
 lasciuia exactè instructa. Neque fieri potuit, ut non quiuis, qui in il-
 lam incidisset, caperetur: adeò ineuitabilem quædam & inuictum
 fascinum meretricium, ex illius oculis attrahebat. Ingrediebatur
 etiam sæpe templum Isidis, cuius ego eram antistes, & deam conti-
 nuè colebat & uenerabatur sacrificijs ac donarijs, quæ multis talen-
 tis constabant. Pudet dicere, attamen non celabo: & me uicit, sæpi-
 us uisa: uincebat & continentiam, quam in uita summo studio ser-
 uaueram. Ac diu quidem multumq; oculis corporis, animi oculis
 resistebam: ad extremū tamen uictus, & affectu amatorio, tanquam
 aliquo onere pressus sum. Cum igitur initium molestiarū & ærum
 narum diuinitus mihi incumbentium, quas iam antea præscieram,
 mulierem esse deprehendissem, & intellexissem quod esset fatalis
 necessitatis inuolucrum, quodq; is cui tum fors obtigerat deus, il-
 lam sibi tanquam personam induisset: statui non dedecorare sacer-
 dotale munus, cui à pueritia innutritus fueram (& restiti) neq; de-
 lubra deorum & arcas prophanare. Atq; eorū quæ erant fati de-
 stinata, non ob rem ipsam (quod absit) sed sola animi constitutione
 cōuenienti mihi multa imposita, & ratione in iudicium adhibita,
 exilio punio cupiditatem, & ex patria discessi in foelix: tum cedens
 Parcarū necessitati, & illis quiduis statuendi in nos arbitrium per-
 mittens: tum etiam execrandam Rhodopin fugiens. Metuebam
 enim, hospes, ne eo qui tum dominabatur in urbem uim faciente,
 uel ad turpius opus impellerer. Cæterum quod me in primis &
 post omnia expellebat, filij erant, quos mihi arcana ex dijs sapien-
 tia, infestis armis concursuros, prædicebat. Tollens igitur ab ocu-
 listam crudele spectaculum (quod uel solem ipsum auersaturum
 esse existimo, radijs nube obiecta tectis) & paternos oculos aspe-
 ctu cædis

ctu cædis filiorum liberans, emigraui, hæc anteuertens: prætexens A
 iter hoc nomine, quòd magnas Thebas profecturus essem, ut alte
 rum ex filijs maiorē natu uiserem, qui ibi tum apud auum agebat.
 Thyamidi erat illi nomen, hospes. Rursus Cnemon, tanquā no-
 mine Thyamidis ictus, cohibuit se tamē ut taceret, propter ea quæ
 deinceps narrabantur. Ille autem sic pertexebat narrationē. Re-
 linquo errorē intermedium, adolescens: nihil enim pertinet ad id
 quod tu sciscitaris. Cæterum cum audirem esse quandam urbem
 Græcam, Apollini quidem sacram, deorum autem aliorum delu-
 brum, hominum uerò sapientum tabernam, remotam à tumultu
 populari: habebam ad illam iter, conueniens homini prophético
 receptaculum, sacris rebus & cæremonijs destinata urbem pro-
 ponens. Et cum per Crissæum sinum ad Cirrhum appulissē, ex na-
 ui cucurri ad urbem. Postquam uerò astiti, odor me quidam diui-
 nus indidem afflauit: & cum alijs de causis urbs mihi commoratio
 meliorum uisa est, tum non minimè natura situs, prorsus enim ue-
 luti munitio quædam & arx natura constituta, Parnassus depen-
 det, prominentibus lateribus urbem quasi quodam sinu comple-
 ctens. Optimè dicis, inquit Cnemon, & ut aliquis qui reuera
 afflationem Pythicam sensit. Eum enim esse situm urbis, etiam pa-
 ter mihi dicebat, quando illum ad concilium Amphictyonicum au-
 gurem urbs Atheniensium miserat. Igitur Atheniensis es, fili:
 Ita, inquit. Nomen uerò quod tibi est? Cnemon, respondit. B
 Qua fortuna usus es? Deinceps audies, nunc autem continua
 narrationem. Continuabo, inquit. Ascendebam in urbem. Col-
 laudato igitur à curriculum, agris, & fontibus, oppido, & ipso Casta-
 lio fonte, ex quo me etiam aspersi, ad templum festinabam. Etenim
 me & murmur multitudinis, quòd tempus instaret, in quo sese ua-
 tes motura esset, excitauerat. Cum itaq; ingressus deum uenerarer,
 & quiddam etiam apud me optarem, respondit hæc Pythia:

Fertilis à regione ferens uestigia Nili,

Fortia Parcarum stammina spontè fugis.

Durato, Aegypti quoniam nigricantia tradam

Arua tibi citò, nunc noster amicus eris.

Hoc oraculum ut reddidit, ego prociens in aram pronus, ut mihi
 propitius esse uellet omnibus in rebus, deprecabar. At magna cir-
 cumstantium caterua, collaudabat deū, propter eiusmodi respon-
 sum mihi primo congressu datum. prædicabant autem fortunas
 meas, & me obseruabant inde modis omnibus, amicum me uenire
 deo post Lycurgum quendam Spartanū, dicentes. Et cum in area
 templi habitare uellem, permittebant, utq; mihi commeatus dare-
 tur ex publico decreuerunt. In summa, nihil boni deerat. Aut enim
 ad sacra & sacrificia, quæ multa & uaria tota die peregrini & indi-
 genæ

A genæ gratificantes deo faciūt, inquirebam aliquid & scrutabar, aut
 cum philosophis colloquebar. Non paruus autem numerus eius
 modi hominum confluit ad templum Delphicum, & prorsus est
 Musæum ipsa urbs, sub Musarum duce deo uaticinijs dedita. Ac i-
 nitio quidem aliàs de alijs rebus quæstiones à nobis mouebantur.
 Erant enim, qui quomodo nos Ægyptij deos coleremus, quære-
 rent: alius, quamobrem alia apud alios animalia sacra & diuina ha-
 berentur, & quæ esset de quolibet narratio, percontabatur. Qui-
 dam pyramidum formam & constructionem, nonnulli fistularum
 ductus & anfractus sciscitabantur. Quid multa? Ægyptiarum re-
 rum nihil non inquisitum relinquebant. Etenim omnis Ægyptia-
 canarratio, mirum in modum Græcas delectat aures. Ad extre-
 mum tandem & de Nilo, qui essent eius fontes, & quæ præter alios
 fluuios peculiaris natura, & unde æstiuo tempore solus inter om-
 nes crescat aquis, quæstionem mihi quidam ex urbanioribus pro-
 ponebat. Me dicente ea quæ sciebam, & quæ de hoc fluuio sacris li-
 bris perscripta, solis antistitibus cognoscere ac legere licet: & nar-
 rante, quòd in supremis Æthiopiæ, ultimis autē Libyæ partibus
 oriatur, qua parte orientale clima desinens, initium meridiei præ-
 bet: crescit uerò æstiuo tempore, non (ut quidam putarunt) Etesia-
 rum aduerso flatu reiectus, sed ijs ipsis uentis circa solstitium æsti-
 uum, à septentrionalibus partibus uersus meridiem, omnes nu-
 bes pellentibus ac trudentibus, donec in zona quæ torretur ardo-
 re solis colligantur, in qua illorum motus retūditur propter incre-
 dibilem circumstantis æstus uehementiam, toto qui antea fuerat
 paululum congregatus & condensatus, humore liquecente, & in-
 de copiosis imbribus cadētibus. Superbit quæ Nilus, nec se fluuium
 esse patitur, sed effunditur extra ripas, & eluione tanquam mari
 quodam Ægyptum operiens, aduentu suo fecundat agros. Qua-
 re ad bibendū dulcissimas præbet aquas, ut quæ illi ex cœlestibus
 imbribus suppeditent: & est tactu placidus ac lenis, non amplius
 calidus, sicut ubi incipit: ueruntamen adhuc tepidus, ut in eiusmodi
 locis ortus. Quamobcausam solus ex fluuijs, uapores non exha-
 lat: omnino enim consentaneum esset, si exhalaret, eū ex niue lique-
 facta, quod quidam docti apud Græcos uoluerunt, incrementum
 capere. Cum de hisce in eam sententiam differerem, sacerdos A-
 pollinis mihi maximè familiaris, Charicli erat illi nomen, Præclare,
 inquit, dicis, & ipse assentior huic sententiæ, sic enim etiam à sacer-
 dotibus in Catadupis Nili audiui. Et ego ad illum, ô Charicles,
 nunquid etiam eò ueneras? Veneram, dixit, sapiens Calasiri.
 Quæ autem necessitas eò deducebat: rursus quærebam. Ille au-
 tem, Aduersa fortuna rei domesticæ, respondit, quæ mihi & foelici-
 tatis causa extitit. Me uerò illud in speciem absurdum mirante,
 Non miraberis, inquit, si rem ita ut gesta est, expositam audieris.

Audies

Audies autem, quando cunq; placuerit. Igitur tempus est, inquit **A**
 bam, ut exponas: nunc enim placet. Charicles autem remota mul-
 titudine, Cognosce, inquit: siquidem te mihi iam dudum utilitatis
 cuiusdam causa auditorē meorum casuum exoptabam. Ego cum
 inisset matrimonium, liberos non habui. Serō tandem, & aetate
 prouecta, assiduē deum supplex orās, filiolae pater sum appellatus,
 cum deus mihi non foeliciter eam nascituram esse praedixisset. Per-
 uenit & ad nuptiarum tempus, & elocauit eam in matrimonium
 ambienti, (multi autem erant) qui meo iudicio erat honestissimus.
 Eadem autem nocte, qua marito accubuerat, mortua est infelix,
 cum fulmen quoddam, seu manu excitatus ignis in cubile incidisset.
 Atq; ita hymenaeum, qui canebatur adhuc, excepit luctus, &
 ex porticibus ad sepulchrum deducebatur: & faces quae lumen edi-
 derant nuptiale, eadem ipsae funebrem rogam succendebant. Ad-
 debat ad hanc fabulam & aliam Tragicam calamitatē numen, dum
 matrem puellae dolori & luctui indulgentē, mihi aufert. Diuinitus
 igitur immissum malum non ferens, nō expello me quidem ē uita,
 nis qui de rebus diuinis differentes, id facere nefas esse docent, ob-
 temperans: expello uerō me patria clam, & solitudinē domus pro-
 cul fugio. Magnum est enim adiumentum ad obliuionē malorum,
 recordatio animi, oculorum amotione obscurata. Cumq; multa lo-
 ca uagabundus peragrasset, ueni tandem aliquando & in tuam
 Aegyptum, & ipsos Catadupos, ad uisendas cataraclas Nili. Ratio **B**
 nem igitur profectiois meae in ea loca, tibi exposui, amice. Corol-
 larium autem, uel ut uerius dicam, caput ipsum narrationis, te in-
 primis cognoscere cupio. Cum deambularem per ocium in urbe,
 & quaedam quorum est inopia apud Graecos coemerē (iam enim
 nimio angore animi, temporis interuallo decocto, in patriam redi-
 re properabam) uir quidam me accedit grauis, & prudentiam uul-
 tu declarans, nuper quidem adolescentiae annos egressus, colore
 uerō prorsus nigro, & me salutabat, ac de re quadā colloqui se uel-
 le mecum dicebat, non exactē Graecē loquens. Prompteq; obtem-
 perantem, in templum quoddam uicinum introduxit, & Folia
 quaedam, inquit, & radices Indicas & Aethiopicas te emere uidi:
 quod si haec a me sincerē & absq; omni fraude emere uolueris, liben-
 ter tibi proponam. Volo, inquam, & ostende. Hic autem pro-
 ferens sacculum quendam, quem habebat sub axilla, ostende-
 bat lapides preciosos quosdam, admirabiles. Margaritae enim in-
 ter illos erant nucis paruae magnitudine, exacta rotunditate suis par-
 tibus omnibus in modum circuli absolutae, & sinaragdi, & hyacin-
 thi: illi quidem ueluti uernaseges uirentes, quadam lubricitate tan-
 quam olei resplendente: hi uerō imitabantur colorem marini litto-
 ris, sub arduo scopulo paululum erecti, & subiecta omnia purpu-
 reo colore tingentis: deniq; mixtus erat omnium, uariuscq; fulgor,
 oculos

A oculos delectans atq; recreans. Quæ ut uidi, Alios, inquam, ho-
 spes, iam emptores tibi ut quæras opus est, quod ego & meæ facul-
 tates uix uni ex ijs quæ uideo pares esse possint. Si, inquit, emere
 non potes, attamen dono accipere poteris. Mihi quidē, inquam,
 ad accipiendum donum uires non desunt: ceterum tu nescio quo
 animo nobis illudas. Non illudo, dixit, sed serio & singulari stu-
 dio facio: & iuro per deum huius templi præsidem, me tibi omnia
 daturum: si ad hæc præterea donum aliud fuscipere uolueris, lon-
 gè his præstantius. Ridebam iam tum, his auditis. Hoc uerò
 causam sciscitante, Ridiculum enim, inquam, mihi uidetur, quod
 tanta dona promittens, præmium insuper pollicearis, longè dona
 superans. Crede, dixit: sed iura etiam ipse, quod optimè sis usur-
 rus dono, & ita quemadmodum ego docuero. Mirabar quidem
 hæsitans: iurabam tamen, tantarum rerum spe adductus. Postq;
 autem iusiurandum à me factum est, ita quemadmodum ille man-
 dabat, ducit me ad sese, & ostendit puellam insigni & diuina forma
 præditam, quam ipse annos septem natam esse dicebat, mihi uerò
 iam non procul abesse à tempore apto coniugio uidebatur. Sic e-
 nim formæ excellentia, multū etiam addit ad proceritatis speciem. ce
 Et ego quidem stabam stupens, tum propter inscitiam eorū quæ
 fiebant, tum propter insatiabilem cupiditatem ea spectandi quæ
 uidebam. Ille uerò eiusmodi uerba fecit: Hanc quam uides ho-
 spes, mater quandam ob causam, quam paulopòst audies, fascijs in-
 uolutam exposuit, fortunæ ambiguitati eius rationes permittens. ce
 Ego autem fortè in eam cū incidissem, sustuli. Neq; enim fas erat, ce
 in periculo uersantem animam, semel ingressam humanū corpus, ce
 despiciere & negligere. Est enim hoc etiam unum ex præceptis gym- ce
 nosophistarum, qui sunt apud nos: quorum ut auditor essem, ali-
 quanto antè sum dignus iudicatus. Alioqui tū etiam ex oculis in-
 fantis, magnum & diuinum quiddam elucebat, adeò me circum-
 spicientem acriter & blandè intuebatur. Expositus autem fuerat u-
 nà cum illo cumulus lapidum, quem nuper ostendi: & fasciā quæ-
 dam de serico filo texta, literis uernaculis & narratione de rationi-
 bus infantis insignita, matre (ut opinor) has notas & indicia puel-
 læ procurante. Quæ ut legi, unde & quæ esset cognoui, atq; in agrū
 asportauī, longè disitū ab urbe, pastoribus nutriēdam tradens, &
 interminans ne cuiquam dicerent. Ea uerò quæ unà erant exposi-
 ta, apud me detinebam, ne quæ insidiæ propter ea puellæ strueren-
 tur. Primum igitur ita res erat occulta. Postquam autem successu
 temporis puella flore ætatis & forma præstantiore, quàm sunt usi-
 tata, esse uidebatur (pulchritudo autem, neq; sub terram occultata ce
 latuerit, sed mea quidem sententiā etiam illinc in lucem prodiret) ce
 metuens ne illius rationes patefierent, & ipsa necaretur, & ego ali-
 quid molestiæ inde caperem, dedi operā, ut legatus ad Satrapam
 g Ægypti

Aegypti mitterer, & uenio, hanc unā mecum adducens, eiusq̄ res
 constituere cupiens. Ac huic quidem illico, quamobrem ueniam,
 exponam: Si quidem se hodie legationi audiendae uacaturum mihi
 denunciauit. Tibi uerò & dijs, qui hęc ita gubernarūt, in manum
 do puellam: conditionibus iureiurando firmatis, quòd hanc libe-
 ram habiturus sis, & libero in matrimonium daturus, sicuti eam à
 nobis accipis: uel potius à matre, quæ illam exposuit. Confido au-
 tem te omnia de quibus collocuti sumus, expleturum esse, iureiur-
 ando fretus, & tuis moribus, quos per multos dies, quibus hic
 uersaris, reuera Græcos esse cognoui. Hęc habui, quæ tibi in præ-
 sentia breuiter dicerem, iam me auocante negotio legationis: pla-
 nius uerò & exactius arcanis puellæ crastino die initiaberis, circa
 templum Isidis mecum conueniens. Faciebam ita, quemadmo-
 dum ille uoluerat, & assumptam puellam ducebam tectam ad me-
 domum. Ac illo quidem die tractabam puellam honorificè & reue-
 renter, uarijs blanditijs deliniens: & agebam Deo magnas gratias,
 ex eo tempore filiam meam existimans eā esse, & nominans. Postri-
 die autem properè ad templum Isidis, qui locus mihi fuerat cum
 hospite ad colloquium cōstitutus, abiij: & cum diu obambulassem,
 neq̄ usquam appareret, ueniens in domicilia Satrapæ, an aliquis le-
 gatum Aethiopum uidisset, quærebam. Ibi quidam mihi renuncia-
 uit, quòd esset profectus, imò potius expulsus, ante solis occubi-
 tum: cum Satrapa illi, nisi finibus excederet, mortem minatus esset. B
 Me autem quærente causam, Quòd, inquit, legationem exponens
 imperabat, ut abstineat a Smaragdinis fodinis, tanquam ad Aethi-
 opiam pertinentibus. Reuersus sum admodū ægrè ferens, non
 secus atq̄ ij qui grauem plagam acceperunt: quòd cognoscere non
 potuissem quicquam de puella, quæ, aut unde, aut ex quibus esset
 nata. Ne mireris (interpellans inquit Cnemon) & ipse enim mo-
 lestè fero, quòd non audierim, sed tamen fortassis audiam. Audi-
 es, inquit Calasiris. Nunc uerò quæ deinceps Charicles subte-
 xuit, à me dicentur. Postquam enim in domunculam, inquit ille, ue-
 ni, prodit mihi obuiam puella, & nihil quidē dicebat, ut quæ non-
 dum Græcam linguam percepisset. Salutabat autem manu appre-
 hensum, & me uisa tantū exhilarabat. Mirabarq̄, quod sicut gene-
 rosi catuli, cuiuis uel paululum noto abblandiuntur, ita & illi mex-
 erga se beneuolentiæ sensus inerat acris, & me ut patrem comple-
 ctēbatur. Statuī igitur non diu Catadupis commorari, ne aliqua
 maleuolentia numinis, & altera filia me priuaret: & per Nilum de-
 uectus ad mare, ac nauem nactus, nauigabam domum. Et est nunc
 hic filia mecum: filia inquam mea, & meo cognomine appellata,
 perturbatam enim, ob ipsam, uitam ago. Et quod ad alia quidem
 attinet, etiam uoto melior est, tanta celeritate Græcum sermonem
 didicit, tam celeriter ad florem tanquā ramus aliquis præclare flo-
 rens per-

A rēns peruenit: pulchritudine autem corporis sic omnes superauit,
 ut omnium oculi, peregrinorum æquè ac Græcorum, in illam con-
 ſiciantur. Deniq; ubicunq; apparuerit, seu in delubris, seu curſi-
 bus, seu in foro, tanquam recens facta ſtatua dei cuiuſpiam, omni-
 um mentes ac uultus in ſe uertit. Cumq; talis ſit, tamē me dolore
 intolerabili afficit. Nunciū remiſit omnino coniugio, & in uirgi-
 nitatis ſtatu agere totam uitam conſtituit: & Dianæ miniſtram ſe
 præbens, uenationibus ut plurimum uacat, & iaculandi artem ex-
 ercet. Mihi uerò iā uel uita ipſa acerbæ eſt, qui ſperari me ipſam
 nepoti meo ex ſorore daturum in uxorem, ſanè urbano, & morum
 ac ſermonis commendatione gratioſo adoleſcenti: nunc autē nec
 obſeruantia, nec pollitationibus, nec argumentis ullis illi perſuade-
 re poſſim: Sed quod eſt grauiffimum, meis (ut dicitur) contra me
 utitur pennis, & multiplicem in dicendo experientiam, atq; appa-
 ratum, ad id demonſtrandum, quod optimum uitæ genus delege-
 rit, confert, diuinis laudibus uirginitatem ornans, & propè deos
 immortales collocans, immaculatam & illibatam & incorruptibi-
 lem appellans: Amores uerò, & Venerem, & omnem nuptialem
 pompam ac cæremoniā, extremè uituperans. In hac re ut mihi ſis
 auxilio, te imploro: & propterea nactus occaſionem, quæ ſe ultro
 quodāmodo obtulit, longiore narratione apud te neceſſariò ſum-
 uſus. Largiaris mihi gratiā hanc bone Calafiri, ſapientiam aliquam
 aut incantationem adhibe, perſuadeas aut uerbis, aut factis, ut na-
 turam ſuam agnoſcat, & quod mulier ſit nata perpendat. Facile au-
 tem id negotium exequi poteris, ſi uolueris. Neq; enim illa abhor-
 ret à colloquijs uirorum, ſed ut plurimum cum illis conuerſans eſt
 educata, & habitat ibi tecum in eodem domicilio, hic inquam in
 circuitu & in ambitu templi. Ne me qui tibi ſum ſupplex deſpici-
 as, neq; patiariſ ſine liberis et cōſolatione, ſine ſucceſſoribus in gra-
 ui ſenectute ætatem agere: per Apollinē ipſum oratus, & deos
 tuos patrios. Collachrymaui hiſ auditis, Cnemon: quoniam &
 ille non ſine lachrymis preces ſupplices afferebat, & promittebam
 me illum pro uirili adiuturum. Adhuc nobis hiſce de rebus deli-
 berantibus, incurrens quidam nunciabat, præfectum legationis
 Aenianum pro foribus adēſſe, & iam pridē eſſe ſolicitum, orareq;
 ut ſacerdos adſit, & rem ſacram incipiat. Me uerò interrogante
 Chariclem, qui eſſent Aenianes, & quæ eſſet hæc ſacra legatio, &
 quod ſacrificium celebrarent: Aenianes, inquit, Theſſalicæ gen-
 tis eſt nobiliſſima portio, & prorſus Græca, à Deucalione Græco
 orta, ad Maliacum ſinum protenſa, metropolim prædicans Hypa-
 lam, quemadmodum ipſi uolunt, ab eo quod cæteris præſit & im-
 peret cognominatam: ut autem alijs uideatur, quod ſub Oeta mon-
 te ſita ſit. Sacrificium uerò & ſacram legationem hanc, quarto quo-
 que anno, quando & Pythius agon celebratur, (celebratur autem

nunc, ut scis) Aenianes mittunt Neoptolemo Achillis filio. Hic enim est dolo interfectus, ad ipsas Apollinis aras, ab Oreste filio Agamemnonis. In praesentia uerò hæc sacra legatio, etiam magnificentius quàm cæteræ instruitur. Achillidem enim se esse gloriatur legationis dux, Fortè enim pridie adolescenti obuiam ueneram: & mihi reuera uidetur in illo singulare quiddam, dignum Achillidis elucere, eiusmodi specie & proceritate conspicitur, ut ea quòd dea sit natus confirmet. Me uerò mirante, & quomodo ex Aenianum familia cum sit, Achillidem se appellet, dicente: (Homeri enim Aegyptij poesis, Achillem Phthiotam esse ostendit) Iuuenis quidem, inquit, unà cum reliquis Aenianibus heroem sibi asserit, Thetim ex sinu Maliaeco nupsisse Peleo, & Phthiã circa sinū illum esse antiquitus appellatã asseuerans. Alios uerò, propter gloriã uiri illum sibi uedicantes, mentiri. Alioquin etiã alia ratione sese in numerum Aeacidarum refert, Menesthium suum auum proferēs, Sperchij filium, & Polydoræ natæ ex Peleo, qui & cum Achille inter primos duces expeditionem suscepit ad Troiam, & inter præcipuos Myrmidonum propter cognationem copias duxit. Cumq; Achilli undiquaq; adhærescat & annascatur, atq; omni ex parte illum Aenianibus adiungat, argumenti loco sumit præter alia quæ recenset, etiam hanc parentationem, quæ Neoptolemo mittitur, qua omnes Thessali (ut ille dicit) cesserunt Aenianibus, testantes illos proprius genus hoc attingere. Illis quidem non inuideo, inquam, Charicles, siue hæc sibi ita largiantur, siue etiam uerè uendicent: cæterum præfectū sacrae legationis uocari intrò iube. Incredibili enim desiderio illius uidēdi teneor. Annuente Charicle, ingressus est adolescens, Achilleios quosdam spiritus gerens, & ad illū uultum & animos referēs, erecto collo, atq; à fronte comam etiam in altum refrenans, & cohibens: nasus & nares liberè aerem attrahentes, signum iræ & impetus: oculi non prorsus raudi, attamen cum rauo colore nigricātes, aspectum acriorem, neq; tamen inamabilem habentes, tanquam maris post fluctus nuper in tranquillitatem compositi. Postea uerò quàm nos, ut est moris, salutauit, & uicissim est resalutatus, tempus esse ut sacrificium deo offerretur dicebat, ut & inferias heroi, & coniunctam cum illis pompam in tempore perficere liceret. Fiat, inquit Charicles: & cōsurgens, Videbis (ad me inquit) Charicliam hodie, si antea non uidisti. Adesse enim & ministram pompæ & parætationi Neoptolemi, consuetudo est. A' me autem puella, Cnemon, fuerat iam antea uisa, et unà sacrificia celebrabat, & de sacris narrationibus interdū aliquid inquirebat. Sed tamen tacebã, futura expectans: simulq; ibamus ad templum. omnia enim quæ ad sacrificium pertinebant, erant iam apparatus à Thessalis. Ut autem accessimus ad aram, & adolescens rem diuinã incipiebat, precato antea sacerdote, ex adyto effatur hæc Pythia: Gratia

A Gratia cui orditur, sed finit gloria nomen,
 Hanc canite ô Delphi, progeniemq; deæ.
 Qui mea linquentes delubra, salumq; ruentes
 Ad Solis uenient torridum ab igne solum.
 Magna ubi præcipuæ uirtutis præmia tandem
 Temporibus fuscis, candida ferta gerent.

Hæc ut est deus elocutus, multiplex dubitatio eos qui circumstant, subibat, quid uellet oraculum interpretari nequeuntibus. Alius enim aliò responsum detorquebat: & ut quisq; uolebat, ita & coniecturam faciebat, nondum autem quisquam uera assequeretur. Oracula enim & somnia ut plurimū ex euentibus iudicantur. Alioquin autem Delphi stupentes & attoniti, ad pompam magnificè instructam properabant, neglecta cura, de ijs quæ responsa fuerant, accuratius inquirendi.

HELIODORI ÆTHIOPICO

rum Liber tertius.



B **R**OSTRUM autem pompa & parentatio peracta est: Atqui haud peracta est pater, excipiens Cnemon: siquidem me nondum spectatorem tua reddidit oratio, sed magis quam credi possit, audiendi desiderio superatum, & spectare panegyrim festinantem, non secus ac post festum uenientē (ut dicitur) prætercurris, cum simul & aperueris theatrū, et clauferis. Ego quidem ô Cnemon (inquit Calasiris) minimè te uellem alienis, & eiusmodi qualia nunc desideras, perturbare, ad præcipuas narrationis partes, & ea quæ à principio flagitasti deducens: ceterum quoniam è diuerticulo spectator esse uoluisti tu quidem, uel hinc te Atticum esse declaras: ego autem tibi pompam celebrem inter paucas, cum ipsius causa, tum eorum quæ ex ipsa euenerunt, breuiter exponam. Præcedebat hecatombe, uiris mysterijs initiatis, incultiore uita & habitu eā ducentibus. Cinctura cuiq; uestem albam in nodum colligebat: manus uerò dextra cum humero & māmilla nudata, securim ancipitem uibrabat. Boues omnes nigri, collo lasciuentes, & ad mediocrem conuexitatē illud attollentes, cornua paria & minimè intorta gerentes: pars deaurata, pars coronis ex floribus confectis implicita: simis tibijs, & profundo guttore supra genua dependente. Numero autem exactè Hecatombe, & reuera nomen implente. Subsequebatur hos aliarum uictimarum diuersa multitudo. Cuiuslibet autem animantis genus, seorsum & ordine ducebatur, cum tibia & fistula initiatoriam quandam & denunciatricem sacrificij partem inciperet. Hæc armenta,

& ductores boum, Thessalicæ uirgines excipiebant, pulchra quadam & profunda cinctura, & capillis solutis. Distruebantur autem in duos choros. Quæ in primo choro fuerant, ferebant quasi sillos florum & fructuum plenos. In altero autem bellaria & aromata calathis ferentes, locum odoris fragrantia replebant. Nec uerò manu ministerio in hiscè utebantur, sed supra caput gestantes, ad choream iusto ordine & transuersim ducendam sese mutuò tenebant, ut incedere simul & choreas ducere commodè liceret. Cantilenæ autem præscriptum alter chorus illis dabat: huic enim, ut totum hymnum caneret, negocium datum fuerat. Hymnus autem erat, in quo Thetis laudabatur, & Peleus, & postea horum filius, ac huius deinceps. Post hos, ô Cnemon: Sed quid Cnemon: inquit Cnemon. Iam enim me iterum suauissimis rebus priuas pater, ipsum hymnum mihi non exponens, tanquam me spectatorem tantum eorum ex quibus pompa constabat, & non auditorem etiam constituères. Audies, inquit Calasiris, siquidem ita lubet. Erat autem talis cantilena:

*Nereu progeniem laudo marine tuam,
 Quam duxit Peleus cum Iouis imperio.
 O Venerem nostram, lumen & æquoreum,
 Quæ Martem belli, præcipuumq; ducem,
 Et fulmen Græcis nobile Achille tuum
 Edidit. at tua te gloria ad astra uehit,
 Cui peperit coniunx rufa Neoptoleum,
 Excidium Troûm, præsidium Danaûm:
 Propitius nobis esto Neoptoleme
 Heros, qui Pythia condere tectus humo,
 Accipe nunc hymni munera sacra pij,
 Pelle omnem nostra promptus ab urbe metum.
 Te, Thetidemq; cano, pulchraq; aucto Theti.*

Hymnus igitur, Cnemon, hac ratione, quantum meminisse queo, fuerat compositus: tantumq; concinnitatis inerat in choreis, & sic strepitus saltationis ad cantum quadrabat, ut oculi in contemptum eorum quæ cernebantur, ab auditu adducerentur: & ij qui aderant, uirgines semper transeuntes, tanquam à sono cantus pertracti, sequerentur. Vsq; dum à tergo ephorum equitatus, & horum præfectus cum resplenduisset, omni auditu melius egregiarum rerum spectaculum representauit. Turma ephorum quinquagenario numero constabat, in uicenos & quinos utrinq; in medio equitantem præfectum sacrae legationis stipantes, diuiso. Ocreæ quidem ipsis purpureo loro intertextæ supra talos cõtrahebantur: chlamys uerò alba, aurea fibula in pectore necebatur, cæruleis capitibus in

bus in orbem ad oram inferiorē picta. Equi autem Theſſalici om-
 nes, & illorum camporum amœnitatem hilaritate aspectus repre-
 ſentantes: frenū quidem, ueluti dominū recuſar ent, deſpuebāt, &
 ſpuma cōplebant: cæterū mēti, reſtrici ſeſſoris, quo' cunq; uerte-
 ret, obrēperabant. Phaleris uerò & frontalibus argenteis ac deaur-
 ratis ita exornati erant, ut hac in parte certamē de gloria inter ephē-
 bos eſſe uideretur. Sed hos, Cnemō, ſic exornatos, adeo' deſpiciebant
 & præteribant oculi eorum qui aderant, & in præfectum equitum
 (erat autē cura mea Theagenes) conijciebant, ut uideretur tanquā à
 fulgure totū id quod prius lucebat, obſcuratū eſſe. Tātam lucē no-
 bis cōſpectus attulerat, cum eques quoq; ipſe eſſet, & armatus, &
 haſtā fraxineam ærea cuspide uibraret, non tectus galea, ſed aperto
 capite ſeſe oſtentās, purpurea chlamyde indutus: cuius alias partes
 aurū uariabat, Lapithas cōtra Centauros armās: fibula uerò Palla-
 dē ex electro repræſentabat, Gorgonis caput in ſcuto pectori præ-
 ferentē. Addebat autē aliquid gratiæ & cōmendationis iſs quæ fie-
 bant, uēti placida aura. Blandē enim aſpirabat, comā trāquillē circa
 collū carpens, & capillos in frōte diſcernēs, ac oras chlamydis ter-
 go equi & femoribus inijciens. Dixiſſes & equū ipſum intelligere
 formā domini, & q̄ pulcher ipſe pulcherrimū geſtaret reſtorē ſen-
 tire. Ita collū cōmouens, & arrectis auribus caput attollens, & trux
 ſuperciliū ſupra oculos uerſans ferebat & ferebat, exultās ac ſuper-
 bies: & laxato freno alacriter progrediens, ac in utrunq; latus alter-
 nis ſeſe librans, extremāq; ungula terrā leniter pulſans, cōmotionē
 cū inceſſus trāquillitate temperabat. ſtuporē incutiebat omnibus il-
 lud ſpectaculū, & uictoria fortitudinis & formæ ſuffragia omnes
 adoleſcēti tribuebant. Deniq; peruulgatæ mulieres, & quæ affectū
 animi continentia occultare non poterant, malis & floribus eum
 petebant, beneuolentiam quandam ab ipſo, ut uidebatur, captan-
 tes. Idem enim iudicium apud omnes ualebat, nō poſſe quicquam
 humani apparere, quod Theagenis pulchritudinem ſuperaret. At
 roſeis poſtquam digitis aurora refulſit, ut Homerus dixit, ac è tem- Odyſſ. 8.
 plo Dianæ euecta eſt pulchra & ſapiens Chariclia, tunc quod &
 Theagenes uinci aliquādo poſſet, cognouiſſimus: ſed eatenus uinci,
 quatenus natiua muliebris formæ uenueſtas prima uiris compa-
 rens, maiorem quandam & ſingularem ad alliciendum uim habet.
 Vehabatur enim in rheda, quam iugum boum album trahebat:
 ueſte uerò purpurea ad pedes uſq; demiſſa, et aureis radijs uariata,
 induta fuerat. Zona porro pectus præcinxerat, in quam artifex to-
 tam ſuam artem concluſerat, cum neq; antea quicquam eiufmodi
 fabricauiffet, neq; iterum pari arte conficere potuiſſet. Duorum e-
 nim draconum caudas ad partē dorſi inter ſcapulas connectebat:
 porro colla ſub mammillas permutatim producens, & in nodum
 tortuoſum implicans, capita uerò elabi è nodo ſinens, tanquam ap-
 pendicem

pendicem nodi ab utroque latere suspenderat. Dixisses serpentes non uideri serpere, sed reuera serpere: neque rigido & terribili aspectu formidabiles, sed humido sopore diffluentes. Ac illi quidem erant, quod ad materiam attinet, aurei, caeterum colore caerulei. Aurum enim arte denigrabatur, ut asperitatem & uarietatem squammæ nigrum fuluo mixtum repraesentaret. talis quidem erat zona puellae. Coma autem neque omnino complicata, neque dissoluta, sed praecipua illius pars & à collo producta, super humeros iactabatur. Caeterum eam quae à uertice & à fronte descendit, lauri tenelli rami coronabant, rosae similem & candidam, turbarumque immodice & praeter decorum spiratione aurarum non sinebant. Ferebat autem sinistra arcum deauratum, à dextro humero pharetra dependente, altera uero faciem accensam. Cumque eo habitu esset, maius tamen ab ipsius oculis lumen quam à face reddebatur. Illi ipsi, Theagenes & Chariclia, exclamauit Cnemon. Vbi nam terrarum sunt isti? ostende: dicebat, per deos obtestans, Calasiris, conspici eos à Cnemone arbitratus. Ille autem: Videre me, inquit, pater etiam absentes putabam: adeo illos proprie, & quales uisos noui, animoque retineo, tua narratio expressit. Haud scio, inquit, an tales uideris, quales illo die Graecia & sol est conspiciatus: adeo conspicuos, adeo beatos, ut huius quidem uiris, illius mulieribus optabilis esset foelicitas. Illorum enim coniunctum par immortalitatem esse ducebant: praeterquam quod adolescentem indigenae, uirginem autem Theofali magis admirabantur, id quod primum uidebant utriusque praecipue suspicientes. Nouus enim & inusitatus conspectus, facilius quam consuetus, potest animum percellere. Sed o dulcem deceptionem, o suauem opinionem, quomodo me in spem sustulisti, cum te uideri charissimos, & ostensurum esse expectarem, Cnemon? Tu uero me omnino decipere uideris. Cum enim ipsos iam iam uenturos esse, & in conspectu futuros, initio oratione promiseris, obque ista praemium à me hanc ipsam de illis narrationem petieris, uespera iam & nocte aduentante, nusquam praesentes ostendere potes. Ille autem: Ades animo, inquit, & omitte timorem, eo quod sint reuera uenturi. Nunc autem fortassis aliquod impedimentum intercessit, quod tardius ueniant quam inter nos conuenerat. alioquin praesentes quidem ostenderem, integra mercede prius non reportata. Quamobrem si ad conspectum illorum properas, imple id quod tu uicissim promisisti, & deduc ad finem inchoatam narrationem. Ego, inquit, & alioqui sponte defugio negotium, quod me ad recordationem eorum ex quibus dolorem capio ducit, & me molestum esse tibi tanta garrulitate satiato existimaui. Caeterum cum tam cupidus audiendi esse uidearis, & honestis narrationibus insatiabilis, age ad eam partem à qua sum digressus, aggrediamur, accenso prius lychno, & libationibus ante somnum dijs nocturnis factis:

nis factis: ut usitatis ceremonijs peractis, pernoctare nobis uacantibus hisce narrationibus tranquillè liceat. Hæc dixit, statim que lychnus accensus ab ancilla senis iussu inferebatur, & libationem faciebat, cum alios deos, tum præ cæteris Mercurium inuocans, ac petebat foelicem insomnijs noctem: & ut sibi apparerent charissimi in somnis, supplex orabat. His autem peractis: Postq̃ igitur, inquit, ô Cnemon, sepulchrum Neoptolemi pompa circuiuit, & tertio ephēbi equis sunt circumuecti, ploratum sustulerunt mulieres, & uiri inconditum clamorem ediderunt. Tum quasi ad unum quoddam signum, boues, arietes, capræ maclabantur, tanq̃ una manu cæde omnibus illata. Deniq̃ ara insigni magnitudine sexcentis lignis fisis onerata, & desuper legitimis omnibus uictimis impositis, ut inciperet libationem sacerdos Apollinis, & aram succenderet, petebant. Charicles autem libationem quidem ad se pertinere dicebat, aram autē præfectus sacræ legationis ab æditua face accepta succendebat. hanc enim consuetudinem patria sancit lex. Hoc dixit, ac ipse libabat: Theagenes autem facem accipiebat. Sanè ut statuamus quid sit, mi Cnemon, & quod diuinū quiddam anima, cognatumq̃ superiori naturæ, ex operibus & functionibus eius cognoscimus. Simul enim se inuicē intuebantur, tanquam anima sui simile primo congressu cognoscente, & ad cognatū præstantia dignitatēq̃ par accurrētē. Principio igitur repente quasi cōsternati constiterunt: & facem hæc quidem cunctantius tradebat, ille autem recipiebat, uno obtutu in sese defixis oculis: non secus ac hi qui se alicubi antea nouerunt, aut uiderunt, alter in alterius memoriā redeuntēs. Deinde leniter arriserunt, & furtim, ita ut risum diffusio tantum uultus redargueret. Postea tanquam illos facti puderet, rubore sunt suffusi: & rursus cum affectus, ut arbitrator, cor peruassisset, expalluerūt. deniq̃ sexcentæ species intra exiguum tempus in illorum uultu uagabātur, ac mutatio omnis generis tum coloris, tum oculorum, significans animi commotionem. Hæc latebant uulgum, ut consensaneum est, cum alius in aliam rem & cogitationem animum intendisset. Latebant & Chariclem, consuetam precationem & inuocationē recitantem. Ego autē soli obseruationi iuuenum uacabam post illud tempus, quàm de Theagene sacrificante in templo oraculum cecinit, ad suspicandum ea quæ euentura fuerant, ex nominum coniectura commotus. Sed tamen adhuc nihil exactè de ijs quæ in reliqua parte oraculi prædicta fuerant, cōiciebam. Cæterum postquam serò aliquādo, & quasi per uim à uirgine auulsus Theagenes, facem subiecit, & aram succendit, soluta est tandem pompa, Thessalis conuiuia ineuntibus. Reliqui autem ex populo in suam quisq̃ domum discesserunt. Chariclia quoq̃ albo pallio sese operiens, cum paucis familiaribus ad conclauē suam, quod erat in ambitu templi, contendit. Neq̃ enim habitabat cum

credito patre, quo minus persuaderi posset, omnino sese ab illo sepa-
 rans. Ego igitur curiosior redditus ex his quæ audieram, & uideram,
 obuiam uenio Charicli, dedita opera. Ille autem: Vidisti ne, inter-
 rogabat, lumen meum, & Delphorum, Charicliam? Non nunc
 primum, in quibus, sed & antea sæpius, quotiescunq; populus in
 templo erat. Et non tantum è diuerticulo, ut dicitur, sed & unà me-
 cum non rarò sacrificauit, & de diuinis ac humanis rebus, si quida-
 liquando ambigebat, me interrogauit, & ex me didicit. Quid igitur
 tibi uisa est in præsentia? Num etiam aliquem ornatum pompe
 attulit? Bona uerba, in quibus, Charicle, non secus ac si luna stellis
 cæteris antecellat, interrogas. At qui laudabant quidam, inquit, et
 Thessalum adolescentem, secundas illi tribuentes. Imò & tertias,
 ego inquam. Ceterum coronidem pompæ & oculum reuera tuam
 filiam agnoscebant. Voluptatem inde capiebat Charicles (mihicue-
 rò ex ueris ad scopum iter præparabatur, id præcipue cupienti, ut
 fidenti animo uir esset) & arridens: Eo nunc ad ipsam, dicebat.
 Quod si tibi placet, eas unà, & ne fortè aliquid molestiæ ceperit ex
 turbæ tumultu, mecum reuisas. Gaudens quidem annuebam,
 ueruntamen præ me ferebam alij occupationi anteferre illius nego-
 cium. Postquam autem peruenimus eò, quò sese recipiebat, ingres-
 si deprehendimus eam in lecto languentem, & conquiescere neque-
 untem, et oculos amore madètes. Cumq; patrè solito more ample-
 xu excepisset, quærenti quid illi accidisset: dolorem capitis sibi mo-
 lestum esse dixit: libenterq; se quieturam, si liceat. Turbatus his Cha-
 ricles, exiuit è thalamo nobiscum unà, ancillis ut pax esset rebus im-
 perans, & progressus ante ædes, Quid hoc autem est, bone Calasi-
 ri, dicebat? Quis languor filiolum inuasit? Ne mireris, dixi, si cum
 in tanta populi frequentia sese ostètarit, attraxit inuidum aliquem
 oculum. Subridens igitur ironicè, Tu quoq; dixit, uulgi more fa-
 scinationem esse aliquam fortasse credis. Vt aliud quippiam quod
 maximè uerum sit, inquam, atque hoc ita existit. Hic aer undiquaq;
 nobis circumfusus, per oculos, nares, & anhelitum, & alios poros
 intus penetrans, & unà secum exteriores qualitates, quibus imbu-
 tus est, inferens, qualis influxerit, talem quoq; affectum ijs qui illum
 exceperunt, infeminat. Quamobrem cum aliquis cum inuidia res
 præclaras est intuitus, simul & circumstantem aerem infesta quali-
 tate impleuit, & spiritum à se amarulentia plenum in id quod pro-
 pinquum est transmisit. Ille autem, ut tenuis & subtilis, usque ad of-
 fa ipsa & medullas penetrat: atq; ita plerisq; fuit inuidia morbi cau-
 sa, qui proprium nomen fascinationis accepit. Iam autem & illa cõ-
 sidera, Charicles, quàm multi dolorem oculorum & pestis conta-
 gionem hauserint, cum haudquaquã attigissent illis morbis labo-
 rantes, imò ne lecti quidem, nec mensæ eiusdè, sed tantum aeris fuif-
 sent participes. Argumento tibi sit, si quicquam aliud, tum etiam a-
 morum

A morum ortus, quibus obiecta uisa initiū & ansam dant, & tāquam
 subuentaneos affectus per oculos in animas adijciunt. Ac uerissimi
 li quidem ratione. Cum enim inter ceteros poros et sensus qui sunt
 in nobis, aspectus plurimarū mutationū sit capax, & calidissimus,
 facilius recipit affectiones circumstantes, feruenti spiritu transmi-
 grationes amorum ad sese trahens. Quod si opus est, exempli cau-
 sa narrationem aliquam tibi ex libris sacris, à naturæ consideratio-
 ne sumptam, proferam. Charadrius, ictericis medetur: quæ auis, si
 isthoc morbo laborans aliquis eam conspexerit, fugit, & auersatur
 eum conclusis oculis, non inuidentiā (ut quidam aiunt) auxiliij, sed
 quod aspiciens accersit & trahit ad sese à natura morbum, ueluti flu-
 xum quendam: ac ea de causa declinat aspectum, tāquam ictum. Et
 quod serpens qui basiliscus uocatur, solo afflatu & aspectu obuia
 quæq; exsiccet & inficiat, fortassè audisti. Quod si aliqui & charissi-
 mos, ac eos quibus bene uolunt, fascinant, mirum non est. Cum e-
 nim natura sint inuidi, non hoc quod uolunt, sed quod à natura est
 illis insitum, faciunt. Ad hæc paululum commoratus, Hanc con-
 trouerſiam, inquit, sapientissimè & maximè probabilibus argumē-
 tis dissoluisti. Vtinam autem etiam ipsa desiderium & amorem ali-
 quando sentiret: tunc equidem illam rectè ualere, non ægrotare exi-
 stimarem. Scis quod hac etiam in re tuam opem implorauerim.
 Nunc uero' nihil minus metuendum est, quàm ne hoc illi acci-
 derit, quæ lectum odit, & amorem auersatur, sed fascinatione re-
 uera laborare uidetur. Neq; mihi dubium est, quod & hanc dissol-
 uere uoles, pro nostra amicitia, & sapiētia tua omnibus in rebus sin-
 gulari. Promittebam, si eam ex aliquo laborare sensissem, me pro-
 uirili opem laturum. Cumq; adhuc de his deliberarem, accurrit
 quidam properans, &, O' præclari, inquit, uos uero' tāquam ad
 prælium, aut ad bellum, & non ad conuiuium uocati, ita cunctamini,
 cum quidem illud apparet optimus Theagenes, præses autem sit il-
 lius maximus heros Neoptolemus. Huc ite, neq; ad uesperam con-
 uiuiū protrahite, cum soli ex omnibus absitis. Inclinator igitur Cha-
 ricles, in aurem mihi: Hic, inquit, adest baculo inuitans. Quàm sub-
 limis est Bacchus, præcipuè humectatus. Sed eamus: metuendum
 est enim, ne ad extremum plagas nobis inferat. Tu quidem ioca-
 ris, eamus tamen, inquit. Postquam autem uenimus, prope seip-
 sum collocauit Chariclem Theagenes. Mihi quoque tribuebat ali-
 quid honoris, Chariclis causa. Iam quid tibi molestus sim, narrās il-
 la quæ in conuiuio fuerunt, choreas uirginum, tibicinas, armatā &
 pyrrhichiam saltationem epheborum, & alia cum quibus lautos &
 opiparos cibos Theagenes temperauerat, familiare & magis a-
 ptum computationi conuiuium efficiens: sed quæ & te audire in-
 primis necesse est, & mihi narrare iucundum, hæc sic accipe. Thea-
 genes præseferabat quidem læticiam, & seipsum frangebatur, ut hu-

maniter ac festiuè tractare praesentes uideretur: caeterum à me de-
 prehendebatur quorsum animo tenderet, cum iam oculos uersa-
 ret, iam uehementius & sine ulla causa ingemisceret, nunc tristis ef-
 fet & ueluti cogitabundus, mox uultum hilariorem sumeret, tanquã
 sibi conscius & seipsum reuocans, denique in omnem mutationem
 » facile delaberetur. Mens enim amantis, perinde atque ebrii, flexibilis
 » est, & quæ nulla certa sede manere queat, tanquam animo utrisque
 » in humido affectu fluctuante. Proinde & in ebrietatem amans, &
 » in amorem ebrius procliuius est. Postea uerò quàm oscitatione moe-
 renti & anxia plenus apparebat, iam & caeteris qui aderant praesen-
 tes, manifestum erat quod non rectè ualeret. Vt etiam Charicles id a-
 nimaduertens, Quid hæc uarietas sibi uult? submissè ad me dice-
 ret. & hunc inuidus uidit oculus: idemque mihi uidetur, quod & Cha-
 ricliæ, illi accidisse. Idem, inquit, ego, per Isim: nec iniuria, quan-
 do quidè in pompa post illam excellebat. Hæc quidem nos. Cæte-
 rum ubi calices circumagi oportuit, propinabat quidè Theagenes
 cuique uel inuitus, beneuolentiæ ergo. Ad me aut ut peruenit, cum me
 accipere ab illo officium beneuolentiæ dixissem, sed poculum non re-
 cepissem, acriter & ardentibus oculis obtuebatur, contemni se exi-
 stimans. Quod cum intellexisset Charicles: A uino, inquit, &
 cibis animantium abstinet. Illo autem causam interrogante: Aegy-
 prius est, inquit, Memphites, & antistes Isidis. Theagenes igitur cu-
 Aegyptium me esse, & antistitem cognouit, subito ingenti uolupta-
 te est affectus: & sicuti ij qui in thesaurum aliquem inciderunt, sese
 erigens, aquam poposcit. & cum ebibisset: O sapientissime,
 inquit, ad hanc potionem, qua tibi ex ijs quæ tibi sunt suauissima
 propinaui, & amicitiae foedus inter nos hæc mensa faciat. Faciat,
 inquam, optime Theagenes, quæ mihi iam pridem tecum interce-
 dit: & recipiens bibebam. At tunc quidem in hæc desijt conui-
 uium, & discedebamus in suam quisque domum, cum me Theagenes
 sapius & calidius quàm priore noticia, amanter & cum osculis
 complexus esset. Postquam autem ueni eo quod me recipiebam,
 in somnis primùm noctem traducebam in lecto, sursum ac deorsum
 cogitationem de iuuenibus uersans, & quid uellent extremæ
 partes oraculi inquirens. Cum autem ad mediam noctem pro-
 celsisset, uideo Apollinem & Dianam, ut rebar: (siquidem rebar,
 & non potius uerè uidebam.) ac ille Theagenem, hæc autem Cha-
 ricliam mihi tradebat, & nomine me compellantes: Tempus est, di-
 cebant, ut in patriam redeas: id enim postulat Parcarum lex. Ipse i-
 gitur egredere, & hos receptos adiunge tibi comites, in liberorum
 diligens loco, & deduc ex Aegyptia terra, quod & quomodo dijs
 placet. Hæc cum dixissent, illi quidem discesserunt, data signifi-
 catione, quod non somnii uisio fuisset, sed res ipsa sic se habuisset.
 Ego uerò alia intelligebam ita, quemadmodum uideram: caeterum
 ad quos

A ad quos homines, aut ad quam terram deducendī essent adolefcentes, dubitabam. Hæc quidem, inquit, pater siquidem ipse postea cognouisti, deinceps mihi quoq; narrabis. Cæterum quoniam modo dicebas tibi ostētos esse deos, quod non in somnis uenerint, sed manifestè apparuerint? Eo modo, inquit, fili, quem sapiens Homerus quasi ænigmate significat, multi autem ænigma prætereunt: *Iliad. 7.*
Namque pedum (ut alicubi ille dicit) crurumq; simul uestigia pone
Perfacile agnoui remeante, aurasq; secante:
Dij quoque cognosci possunt, certoq; notari.

Atqui ipse uideor ex multorum numero esse: & huius me fortasse redarguere uolens Calasiri, horum uersuum fecisti mentionem: quorum ego sententiam uulgatam teneo, inde usque ab eo tempore, quo & uerba ipsa edoctus sum. Cæterum inspersam illis theologiæ doctrinam ignoro. Paululum igitur immoratus Calasiris, & mentem ad arcanam significationē eruendam excitans: *Dij*, inquit, & numina, *Cnemon*, uenientia ad nos, & à nobis recedentia, in alia animalia rarissimè, in homines autem ut plurimum sese transformant, similitudine magis, ut uisum insomni esse opinemur, nobis imponētes. Quamuis igitur prophanos homines latuerint, tamen quin à sapiente cognoscantur, effugere non possunt: sed ex oculis notari possunt, cum continuo obtutu intueantur, & palpebras nunquam concludant: & magis etiam ex incessu, qui non ex dimotione pedum, neque transpositione existit, sed ex quodam impetu aërio, & ui expedita, findentium magis auras quam transeuntium. Quæ obrem statuas quoq; deorum Aegyptij ponunt, coniungentes illis pedes, & quasi unientes. Quæ etiam Homerus sciens, ut Aegyptius, & doctrina sacra instructus, occultè & inuolutè uersibus reddidit, relinquens intelligenda ijs qui possent. De Pallade quidem:

Atq; truces oculi fulsere tuenti. De Neptuno autem: *Namq; pedum, crurumq; simul uestigia pone,* *Perfacile agnoui remeante.* tanquam fluente in incessu. Hoc enim est, *Perfacile remeante:* non ut quidam decepti, *perfacile agnoui*, putarunt. His quidem me & diuinissime inuisti, inquit *Cnemon*. Cum uerò sæpe Homerum Aegyptium appelles, neq; credere non possum, & uehementer admirans obsecro, ne prætereas hanc partē orationis inexcussam. Etsi alienum est *Cnemon* ab instituto meo, nunc de his differere: tamen audies breuiter. Homerus ab alijs quidem aliūde nominetur: & patria cordato sit urbs quæuis uiro. Erat autem reuera nostras, & Aegyptius: & urbs illi Thebæ centiportes, ut ex ipso cognoscere licet. pater autem opinione hominū antistes, sed non mentitus Mercurius. Atqui erat illius existimatus pater antistes, eo quod cum eius uxore celebrante quædam sacra patria, & in templo dormiente, coiuit deus, & Homerum procreauit, ferentem notam incestæ consuetudinis. In utroq; enim femore inde usq; ab ipso partu, ingens

longitudo criniū innatabat. Vnde cum inter alios, tum inter Gra^A
 cos oberrans, & poema canens, nomen est nactus: ipse quidem no-
 men proprium non dicens, neq; patriam aut genus nominans, cæ-
 terum ijs qui sciebant illam corporis affectionem, ut in nomen illi
 uerteretur perficientibus. Quorsum autem spectans, pater, tace-
 bat patriam? Aut quod pudebat illum exiliij: erat enim pulsus à
 patre, quando ex ephēbis inter consecratos recensebat, ex eo quod
 notam ferret in corpore spurius cognitus. uel hoc etiam sapienti
 consilio fecit: ac dum ueram celaret, omnem urbē patriam sibi uen-
 dicabat. Hæc quidem rectè & uerè dicere mihi uisus es, facienti
 coniecturam ex poemate uiri, cum omni uoluptate & oblectatione
 quasi Ægyptia temperato, & ex naturæ excellentia: quæ certè ita o-
 mnes non superaret, nisi è diuinis quibusdam reuera fundamentis
 extitisset. Sed postquam deos Homericè deprehendisti Calasiri,
 quid deinceps sit consecutum, mihi expone. Prioribus, Cnemon,
 similia: rursus insomnia, & deliberationes, & amicæ nocti co-
 gitationes. Gaudebam, aliquid me eorum quæ non cogitabam,
 inuenisse sperans, & reditum in patriam expectans: excruciar au-
 tem, fore ut Charicles filia priuaretur, cogitans. Dubitabam qua
 ratione iuuenes essent unà abducendi, & excogitandus modus cō-
 paradi exitus. De fuga eram sollicitus, quo modo illam clam capes-
 sere, & quò dirigere deberemus: & utrum terra, an mari. denique
 procella quædam cogitationū me obruebat, & insomne reliquum
 traducebam noctis. Necdum exactè dies illuxerat, perstrepebat o-
 stium atrij, & sensi quendam puerum uocantem. Interrogante aut
 famulo, quis pulsaret fores, & quam ab causam? dixit is qui uoca-
 bat, quod Theagenes Thessalus adesset. Delectatus sum nuncio de
 adolescente, & uocari intrò iubebam: offerri mihi ultro & quasi ca-
 su initium cōsiliij capiendi, quod præ manibus habebam, existimās.
 Coniectabar enim, quod cum me in symposio Ægyptium & antisti-
 tem esse audisset, ueniret adiutorem sibi in amore assumpturus, ita
 ut pleriq; (sicuti existimo) animo affectus, qui Aegyptiorum sa-
 pientiam unam & eandem esse existimant, haud rectè iudicantes.
 Est enim quædam uulgata, & ut ita dicam, humi serpens, quæ simu-
 lachrorum ministra est, & circa mortuorum corpora uoluitur, her-
 bis intabescens, & incantationibus dedita, neque ad ullum bonum
 finem perueniens, neq; hos qui illa utuntur deducens, sed in multis
 etiam ipsa suis rationibus offendens, tristia uerò quædam & sordi-
 da interdum præstans: nimirum uisiones eorum quæ non sunt, tan-
 quam essent, & frustrationes speratarum actionum, flagitiorū in-
 uentrix, & profusarum uoluptatum ministra. Altera uerò, fili, quæ
 reuera sapientia est, & à qua illa adulterina degenerauit, quam nos
 sacerdotes & antistitum genus ab ineunte ætate excolimus, supra
 res cœlestes contemplatur, deorum conuictrix, & naturæ præstan-
 tioris

A tioris particeps, astrarum motus inquirens, et futurorum præscien-
 tiam in lucro ponens, ab his quidem terrenis malis remota, omnia
 uerò ad honestatem & utilitatem hominum instituens. Propter
 quam & ego patria cessi ad tēpus, si quo modo quæ tibi antea nar-
 raui, mihi ab ipsa prædicta, & bellum filiorum meorum inter sese
 possem euitare. Sed hæc cum dijs alijs, tū Parcís commendata sint:
 in quorum, ut hæc faciant, aut non, potestate situm est: qui etiam mi-
 hi exiliū non magis propter hæc ominosa, quàm propter Charicliæ
 inuentionem imposuerunt. Id autem quomodo euenerit, ex ijs que
 sequetur cognosces. Cæterum Theagenem, postq̄ ingressus est, &
 salutauit, resalutatum prope me in lecto collocabam, & Que neces-
 sitas tã manè te ad me adducit? interrogabam. Ille autem cum diu
 demulisset faciem: Anxius sum, inquit, de summa rerum, erubesco
 autem aperire, & conticuit. Animaduerti igitur tempus esse menti-
 endi apud ipsum, & diuinandi ea quæ sciebam. Itaq; hilarius eum
 contuitus, Etiam si ipse dicere cuncteris (inquam) tamen sapientiæ
 nostræ & dijs nihil est ignotum. Et cum paululum me erexissem, et
 calculos quosdam nihil numerantes in digitis composuissem, & co-
 mã sparsissem, afflatus uî numinis imitans, Amas (dixi) ô fili. Exi-
 iuit ad illud uaticinium. Postea uerò quàm & Charicliam addidi,
 iam tum id me diuinitus cognouisse existimans, parum aberat quin
 procumbēs adoraret. At cum inhiberem, osculabatur sæpe caput
 accedens, & dijs agebat gratias, quòd spe sua lapsus non esset, utq;
 B illi seruator essem precabatur: neque enim se superstitem esse posse,
 si auxilio, atque hoc ipso celeri destitueretur. Tantum malum se in-
 uasisse, atque ita flammis affectus uri, præcipuè tum primūm amo-
 rem sentientem. Consuetudinis enim muliebris expertem se esse di-
 cebat, multis modis iurans: semperq; respuisse omnes, & coniugia
 ipsa, & amores si alicuius audisset, quoad illum Charicliæ forma cõ-
 uicisset: quòd non naturali abstinentia & robore fuisset præditus,
 sed usque ad illum diem mulierem amore dignam non uidisset. &
 hæc dicens lachrymabat, inuitum & per uim à uirgine se uictum es-
 se declarans. Erigebam illum, & consolabar, & Esto fidenti animo,
 dicebam, cum semel ad nos confugeris: non enim erit illa nostra sa-
 pientia fortior. Est quidem austerior, & difficulter in amorem dela-
 bipotest, uenerem & coniugium contemnens, uel si nomines tan-
 tum. Sed propter te omnia mouenda sunt. Ars & naturam frange-
 re potest: tantum confidentem esse oportet, et imperanti necessaria
 parere. Promisit se omnia facturū, sicut ego imperassem. Ita illo ob-
 secrante ac obtestante, & præmium omnes suas facultates mihi pol-
 licente, ueniens quidam à Charicle: Petit à te Charicles, dicebat, ut
 ad se uenias. Est autem hic propè in templo Apollinis, & hymno
 deum placat, propterea quòd turbatus est nescio quomodo in som-
 nis. Consurgo subitò, & Theagene a legato, in templum perueni-
 ens, de-

ens, deprehendo Chariclem sedētem in sella, admodum tristem, & A
 continuē ingemiscētē. Accedens igitur, Quid ita tristis es, & moe-
 rens? interrogabam. Ille autem: Cur enim non debeam esse, cum
 & insomnia me turbauerint, & filia mea sicuti audiui aegra sit, & to-
 tam noctem insomnem ducat? Me uerò cum alioqui dolore afficiat
 illius aduersa ualetudo, tum praecipuē quòd cum sequeris sit certa
 mini destinatus dies, quo armatis cursoribus aedituam facē sustol-
 lere, & praesse legitimum est, alterum ex duobus euenire necesse
 sit: ut aut absens peruertat ac destruat morem usitatum, aut uel in-
 uita ueniens, grauius etiam affligatur. Quamobrem si quidem pri-
 us fieri non potuit, nunc saltem opem illi ferens, & adhibens medi-
 camentum aliquod, officium iustū erga nos amicitiamq; nostram,
 coniunctum cum pietate erga deum feceris. Scio quod minimè sit
 tibi difficile, si modò uolueris, fascinationem (ut ipse ais) curare.
 Antistitib. enim uel maxima praestare, haud est impossibile. Fate-
 bar me neglexisse, illi quoq; fucum faciens, & ut mihi spacium praes-
 sentis diei concederet postulabam, quòd essem aliquid compositu-
 rus in usum medicamēti. Nunc autē ad uirginem eamus, inquam,
 diligentius consideraturi, & quoad fieri potest, eam consolaturi. Si
 mul uerò, Charicles, uelim te de me uerba aliqua facere apud puel-
 lam, & me commendatum illi notiozem efficere, ut mihi reddita fa-
 miliarior, confidentius quoq; sanantem admittat. Sit ita, inquit.
 Postquam autem uenimus ad Charicliam, multa quidem quid atti-
 net dicere? Succubuerat enim prorsus affectui, & ex genis flos iam B
 fugerat, & ardor uultus lachrymis tanquam aqua restinctus esse ui-
 debatur: tamen sese componebat, cum nos uidisset, & consuetum
 uultus habitum omnibus modis reuocare conabatur. Complexus
 autem eam Charicles, & multum distauatus, & nihil blanditiarum
 omittens, O filiola, o nata, dicebat, mēne patrem celas, ex quo labo-
 res? & cum fascinata sis, taces, quasi iniuria affeceris, & non affecta
 sis ab oculis qui te malè aspexerunt? Sed ades animo. Oratus est e-
 nim à me Calasiris hic sapiens, ut tibi sanationis aliquam rationē in-
 ueniat: potest autē id praestare. Excellit enim, si quisquā alius, in ar-
 te diuina, tanquam genere uitae antistes: & quod maius est addita-
 mentum, nobis in primis amicus. Quare meritò feceris, si illum ad-
 miseris absq; ullo impedimento, siue incantatione uti, siue alio mo-
 do sanare uolenti, te ipsam tradens: cum alioqui à sapientum gene-
 ris consuetudine non abhorreas. Tacebat quidem, annuebat tamē
 Chariclia, tanquam libenter consiliū de me datum admittens. Et
 tunc hisce constitutis, discessimus, reducēte mihi in memoriā Cha-
 ricle, ut ea quae à me petierat curarem, & cogitarem quomodo in
 Chariclia cupiditatem aliquam cōiugij & uirorum efficerem.
 Deducebam igitur laetum, cum illius uoluntati breui
 satisfactum iri promississem.

HELIODORI AETHIOPICO

rum Liber quartus.



Rostridie uero Pythius quidem agone desinebat, iuuenilis autem feruebat, arbitro (ut existimo) & praeside Cupidine, & per hos duos athletas, quos coniunxerat, maximum certaminum suum ostendere contendente. Accidit enim tale quiddam. Spectabat Graecia, iudices autem erant Amphictyones. Postquam igitur alia magnifice peracta sunt, cursus certamina, luctus conseruaciones, castuum pugnae: ad extremum praeco, Armatus prodeant, proclamauit. & aeditua Charicia in extremitate stadii statim resplenduit. Venerat enim, quamuis inuita, propter morem patrium: uel magis, mea quidem sententia, se uisuram alicubi Theagenem sperans: sinistra ferens accensam faciem, altera autem ramum palmae praetendens. Et cum comparuisset, continuo totum theatrum ad se conuertit. Caeterum haud scio, an nemo oculum Theagenis anteuertit. Velox est enim amans, ad uidendum id cuius desiderio tenetur. Atqui ille insuper cum audisset antea id quod erat futurum, in eam solam obseruationem animo uacabat. Quapropter nec tacere quidem potuit, sed submisit ad me, (sedebat autem proximus mihi dedita opera) Illa ipsa, inquit, Charicia est. Et hunc quidem quiescere iubebam. Ad edictum autem praeconis, ueniebat quidam eximia in habilibus armis specie, & magnos spiritus gerens, solusque inter caeteros clarus, ut uidebatur: qui in multis iam antea certaminibus coronatus fuerat, tunc autem concertatorem non habebat: nemine, ut existimo, in certamen prodire auso. Remittebant igitur eum Amphictyones. Neque enim lex permittit, ut ei qui non inierit certamen, corona decernatur. Ille autem prouocari a praecone in certamen, eum qui uellet, postulabat. Imperabant iudices: proclamauit praeco, ut prodiret aliquis, qui certamen inire uellet. Theagenes autem ad me: Hic me uocat, inquit. Me autem, Quo modo hoc dicis? quaerente: Sic erit, inquit, pater. Neque enim quisquam alius praesente & uidente me, ex manibus Chariciae uictoriae praemium auferet. Frustrationem autem, inquam, & ignominiam quae hanc consequitur, nihil omnino curas, nec expendis? Quis autem, inquit, tam furiose uidere & appropinquare Chariciae contenderit, ut me anteuertat? Cui uero perinde, atque mihi, aspectus illius alas addere possit, & eum in sublime rapere? An nescis, quod Amorem etiam alatum faciunt pictores: agilitatem illorum qui eo detinentur, quasi si aenigmate quodam significantes? Quod si oportet iactationem accedere ad ea quae dicta sunt, nemo ad hunc usque diem quod me pedibus praecurrerit gloriatus est. Haec dixit, & prosiluit: ac progressus in medium, nomen edebat, & indicabat gentem, & locum cursus sortiebatur:

tiebatur: & induta tota armatura, stetit ad carceres, studio curren- A
 di anhelans, & signum tubæ inuitus & uix expectans. Præclarum
 quoddam erat spectaculum, & conspicuum, & quale Homerus, in
 quo Achilles prælio ad Scamandrum certat, introducit. Commo-
 ta enim erat Græcia tota ad illud factum, quod præter opinionem
 accidebat: & Theageni uictoriam precabatur, non secus ac si quili-
 bet certamen iniret. Magnam enim uim habet etiam ad concilian-
 dam aspicientium beneuolentiã, formæ uenustas. Cômota quoq;
 fuerat & Chariclia supra modum: & uidi, cum id diu obseruarem,
 subinde in aliũ atq; alium uultũ eam commutari. Nam postq; ita ut
 exaudirent omnes, præco cursu certantes nunciauit, & proclama-
 uit, Ormenus Arcas & Theagenes Theslalus, relinquebantur car-
 ceres, cursus autem conficiebatur propemodum oculorum cõpre-
 hensionem effugiẽs. Ibi ne quieta quidem manere amplius uirgo
 potuit, sed commouebatur illius gradus, & pedes præ exultatione
 saliebant: tanquam animo unã cum Theagene sublato, & illum in
 cursu adiuuante: ac spectatorum quiuis pendebat ab euentus expe-
 ctatione, & sollicitudinis plenus erat. Ego uerò etiã magis, qui iam
 apud me constitueram, ut illius non secus ac filij curam susciperem.
 Nihil mirum est, inquit Cnemon, quòd uidentes & præsentis solli-
 citi sunt. Nam & ego nunc Theageni metuo, & à te peto ut eò citi-
 us, si uictor est renunciatus, exponas. Cum iam medium stadium B
 conficeretur, Cnemon, paululum conuersus & Ormenũ toruẽ con-
 tuitus, alleuat scutum in altum, & erecto collo, ac uultu toto in Cha-
 ricliam defixo, ad extremum ad scopum ferebatur: & tantum anti-
 cipauit Arcadem, ut ille multis orgijs à tergo relinqueretur: quod
 interuallum postea mensum est. Accurrẽs igitur ad Charicliã, totus
 ex industria in illius pectus incidit, quasi impetũ cursus continere
 non posset, & cum palmã auferret, me non latuit quòd uirginis ma-
 nũ oscularetur. Beasti, dixit Cnemõ, quòd et uicit & osculatus est.
 Sed quæ nam deinceps consecuta sunt? Non tantum audiendo
 non satiari Cnemon, sed etiam à somno haud facillè opprimi potes:
 & cum iam non parua pars noctis præterierit, uigilias sustines, &
 ex producta in longum narratiome tædium non contrahis. Ego
 uerò & Homerum reprehẽdo, pater, qui cum aliarum rerum, tum
 amoris satietatem esse dixerit: quæ res (me iudice) nullam satieta-
 tem admittit, neque cum fruitur quispiam, neq; cum auditu perci-
 pit. Quòd si ab aliquo Theagenis & Charicliæ amoris fiat mentio,
 quis est usque adeò adamantino corde, aut ferreo, ut non se oble-
 ctet, totum licet audiat annum? Quam ob rem continua narratio-
 nem. Theagenes quidem, Cnemon, coronabatur, & renuncia-
 batur uictor, ac deducebatur omniũ gratulationibus: Chariclia ue-
 rò plane uicta erat, & mancipata amori, magis quàm prius, cum ite-
 rum Theagenem uidisset. Amantium enim mutuus aspectus, affe-
 ctus

A *ctus recordatio ac redintegratio est: & inflamat mentem conspe-
 ctus, perinde atq; ignis materiae admotus. Ac illa quidem domum
 ueniens, similem noctem prioribus, uel etiam acerbiorē traduce-
 bat. Ego autem rursus insomnis eram, quoniam uerteremur fugae
 celandae causa considerans, & in quam regionem mittat iuuenes
 deus cogitans. Ac fugam quidem per mare intellexi capeffendam
 esse, ex oraculo coniecturam faciens, ubi dicebat: *Salumq; ruentes,
 Ad solis uenient torridum ab igne solum.* Caeterum quo essent de-
 ducendi, unam saltem ad cognoscendum rationem inueniebam, si quo
 modo possem adipisci expositam cum Chariclia fasciam, quam illius
 rationibus insignitam esse, Charicles dicebat se audisse. Consenta-
 neum enim mihi uidebatur, quod inde & patriam & parentes pu-
 ellae, quos iam suspicabar, essem cogniturus, quod fortassis etiam fa-
 tis mitterentur. Mane igitur ad Charicliam cum uenissem, & alios
 necessarios lachrymantes deprehendo, & non minimè Chariclem.
 Accedens igitur, Quid est tumultus? interrogabam. Ille autem:
 Intensior est, inquit, redditus morbus filiae, & grauiorē hanc, quam
 antea, noctem experta est. Secede, inquam, & reliqui omnes exe-
 atis: tripodem autem quispiam tantum, & laurum, & ignem ac thus
 apponat: neq; me prius quisquam inturbet, q̄ aduocauero. Impe-
 rauit haec Charicles, & fiebant. Nactus igitur ociū, quasi in scena
 representationem fabulae incipiebam: & thus adolebam, & quaedam
 B *sufurrantibus labris precatus, laurum à capite ad pedes Charicliae
 sursum ac deorsum subinde commouebam: & somnolenter, uel po-
 tius aniliter oscitans, serò tandem desij, cum multas quasdam nugas
 in me & in puellam effudissem. Illa autem identidem caput commo-
 uebat, & subridebat, errare me frustra & morbum ignorare signi-
 ficans. Absidens igitur propius, Esto bono animo filia, dicebam:
 morbus enim uulgaris est, & curatu facilis, fascinatio te impetiuit
 haud dubiè, cum pompae interesses: magis uerò, cum praesses cer-
 tamini. Ego autem suspicor eum qui fascinauit. Theagenes est, qui
 certauit armato cursu. Neq; enim me latuit, quod in te saepius in-
 tentus esset, & oculos petulantius inijceret. Illa autem: Ipse siue
 ita me uidit, siue non, multum ualeat. Caeterum cuias est, aut unde
 oriundus? Videbam enim multos illum cum quodam stupore ad-
 mirantes. Quod Thessalus sit genere, audisti antea ex pracone,
 quando ipsum renunciauit. Refert uerò se ad Achillem generis au-
 thorem, & mihi uerè hoc sibi sumere uideretur, coniecturam facienti
 ex proceritate & forma, Achilleam generositatē confirmante: pra-
 terquam quod non est arrogans, neq; insolens, sicut ille, sed animi
 ferociam & fastum suauitate lenit ac temperat. Quod cum ita sit,
 tamen acerbiora ipse patitur, quam intulit: habeat licet inuidū ocu-
 lum, & te aspectu infascinarit. O pater, inquit, tibi quidem habeo
 gratiam, quod uicem nostram doles, & molestè fers: sed quid fru-**

ftra imprecaris ei qui nos nulla iniuria affecit? Neq; enim fascina- A
 tione laboro, sed alio quodam (ut uidetur) morbo. Quid igitur
 celas, inquam, filia, & non potius audacter exponis, ut eo facilius
 auxilium inuenire possimus? Annon pater sum tibi atate, uel ma-
 gis beneuolentia? Annon patri tuo notus, & isdem animorum stu-
 dijs coniunctus? Indica quo labores: habes me fidum, si uelis etiam
 iureiurando obstrictum. Dic confidenter, neq; dolori uires tacitur
 nitate suppedites. Omnis enim affectio quæ citò cognoscitur, facile
 curari potest: sed quæ tempore inueterascit, propemodum est insa-
 nabilis. Alimentum est enim morborū, silentium: cæterum quod
 enunciatur, leniri consolatione facile potest. Paululum igitur
 immorata ad hæc, & uarias animi mutationes & affectus uultu de-
 clarans: Concede mihi, inquit, hodiernum diē, audies uerò postea,
 nisi ipse antea cognoueris, quandoquidem uaticinandi artis peri-
 tum te esse uis. Abibam confurgens, dans facultatem puellæ, ut
 interim animi pudorem moderaretur. Charicles autē mihi occur-
 rebat, & Quid habes quod dicas? quærebat. Omnia fausta, di-
 cebā, postridiē enim dolore, qui illi molestus est, liberabitur. Atq;
 his dictis recurrebā, ne plura ex me Charicles sciscitaretur. Et cum
 paululum tantum progressus essem extra domūculam, uideo The-
 agenem ibidem circa templum & ambitū templi obambulantem,
 & secum colloquentem, tanquam sufficeret illi, si habitaculum tan-
 tum Charicliæ uideret. Deflectens igitur præteribam, quasi illum B
 non conspexissem. Ille autem: Salue, inquit, Calasiri: & audi, te e-
 nim expectabam. Conuersus sum subito, & Theagenes est, dice-
 bam, formosus. Non hercle animaduerteam. Qui formosus,
 inquit, qui Charicliæ non placet? Simulabam uultu, me indignari,
 & Non desines, dicebam, me & artem meam afficere contumelia,
 à qua iam illa capta, & te amare coacta est, & tanquam aliquē præ-
 stantiorē se uidere optat. Quid dicis, inquit, pater? uidere me
 Charicliæ? Quamobrem igitur non ducis ad ipsam? & simul pro-
 currebat. Apprehendens igitur eū pallio: Sta hic, inquit, etiam si
 ualeas currendi celeritate. Neq; enim est negocium hoc tanquam
 præda, nec ad consequendum facile, & cuius uolenti expositum:
 sed magno consilio indiget, ut cōmodè perfici: & magno apparatu,
 ut securè agi possit. An ignoras, quòd pater uirginis primum dig-
 nitatis locum Delphis obtinet? An non legū tibi uenit in mentem,
 quæ capitalem pœnam in tales constituunt? Haud multum re-
 fert, inquit, etiam si moriar, potius Charicliæ: sed tamen si uidetur,
 petamus illam in matrimonium mihi dari, patrē accedentes. Neq;
 enim indigni sumus, qui cum Charicle affinitatem contrahamus.
 Non obtinebimus, inquam, non quod aliquid in te reprehendi aut
 desiderari possit: sed Charicles sororis suæ filio uirginem iam pri-
 dem despondit. Plorabit, inquit Theagenes, quicumq; tandem
 fit: neq;

A sit neq̄ quisquam alius, me uiuo, in thalamos ducet Charicliam.
 non usque adeò manus hæc & gladius torpet meus. Desine, in-
 quam, nulla re eiusmodi opus erit: tantum mihi obtempera, & fac
 sicut ego præcepero. Nunc uerò discede, & caue ne sepius me con-
 uenire deprehendaris, sed quietè & solus mecum congregere.
 Abibat subtristis. Charicles autem postridiè mihi factus obuiam,
 quamprimum me uidit, accurrens, multoties caput osculabatur.
 Tantum ualet sapientia, tantum amicitia, continuè exclamans: per-
 fectum est à te magnum opus. Capta est, quæ difficilis captu fuit: &
 uicta est inexpugnabilis antea. Amat Chariclia. Ad hæc lasciui-
 ebam, & contrahebam supercilium, & superbè incedens: Minimè
 dubium erat, dicebam, quod ne primum quidem impetum sustine-
 re posset, cum quidem adhuc nihil maius admouerim. Verùm un-
 de, Charicle, amantè deprehendistis? A te persuasi, inquit. Medi-
 cos enim probatæ fidei, quemadmodum admonueras, cum aduo-
 cassent, ad inspectionem ducebam, præmium opes quas haberem
 pollicens, si illi adiumento esse possent. Illi autem quamprimum in-
 gressi sunt, interrogabāt, ex quo laboraret. Hac uerò auersa, et car-
 men Homericū exclamāte, *Inter Achiuos Pelida præstan ior om-
 nes.* sapiens Acestinus (nouisti fortasse uirum) manū carpo etiam
 inuitæ inijciēs, uidebatur ex arteria affectionē iudicare, cordis mo-
 tus (ut existimo) indicante. Cumq̄ non paruo tempore arteriam
 tentasset, & sursum deorsumq̄ sæpius contemplatus esset, O Cha-
 ricles, inquit, frustra huc nos aduocasti. Medica enim nihil in hac
 profecerit opera. Me uerò, O dñ, quid hoc dicis? exclamante: pe-
 rit igitur mihi filiola, & iam extra omnem spem salutis posita est.
 Ne tumultueris utiq̄, inquit, sed audi. & cum me abduxisset seor-
 sum à puella & ab alijs: Nostra, inquit, ars affecti corporis curatio-
 nem profitetur, animi uerò non principaliter, sed tum tantum cum
 compatitur corpori afflicto: uicissim illo sanato, iuuatur simul, &
 conualescit. Cæterum puella morbo quidem laborat, sed non cor-
 poris. Non enim humor aliquis redundat, non capitis dolor illam
 grauat, non febris inflammat, non aliud quicquam in corpore, neq̄
 pars, neq̄ totum morbo detinetur. Hoc profectò, neq̄ aliud quic-
 quam pro uero habendum est. Me autem obsecrante, & ut dice-
 ret, si quid intellexisset, postulante: An non, inquit, etiam ipsi pu-
 ellæ notum est: affectum esse animæ, & morbum, amorem mani-
 festum. An non uides, quòd illi oculi turgescunt, & aspectus distor-
 tus est, & facie pallet, cor nō accusans: adhæc animo errat, & quid-
 uis oblatū loquitur, & uigilias absq̄ causa sustinet. Deniq̄ succum
 corporis & iustam amplitudinem subito amisit. Inquirendus est ti-
 bi, Charicles, si modò fieri possit, unus aliquis. & hæc cū dixisset,
 discedebat. Ad te autem ego cursim abiij, meum seruatorem, & de-
 um: quē solum beneficio nos afficere posse, & ego & illa agnoscit.

Nam me multis modis petente, & ut diceret quid pateretur obsecrante, unum tantum respondit: quod ignoraret quidem quid sibi accidisset, sciret autē quod solus Calasiris sanare posset, & ut te ad illam accerferem, orabat. unde uel maximè sum coniectatus, tua sapientia captam esse. An igitur, sicuti quod amat (ad illum ego) ita & quem amet, dicere possis? Non per Apollinē, inquit. Quo modò enim, aut unde hoc scirem? Optarem autem illam potius, quàm omnia Alcamenem amare, sororis meæ filium, quem iam pridem ipsi, quod ad uoluntatem meam attinet, sponsum designauī. Me autem dicente, quod liceret facere periculum, introducenti ad illam & ostendenti adolescentem: collaudato consilio, discedebat. Rursus autem, quo tempore forum est refertum, mihi factus obuiam, Audies rem acerbam & molestam, dicebat: filia insanire uidetur, adeò inusitatum quiddam illam detinet. Introducebam, sicut iubebas, Alcamenem, & delicatius exornatum ostendebam. Illa autem tanquam Gorgonis conspecto capite, aut aliqua re adhuc magis formidabili, alta & acuta uoce exclamauit, & uultum ad aliam partem conclauis auertit, & manus tanquam laqueum collo admouens, se sibi mortem conscituram esse minabatur: & iureiurando confirmabat, nisi quamprimum exiremus. Ab illa quidē uel dicto citius discessimus: quid enim faciendum fuit, absurditatem tantam uidentibus? Tibi autem supplices iterum sumus, ne uē illā interire, ne uē nos uoto nostro frustrari patiaris. O Charicles, inquit, haud falso dixisti insanire puellam. Commouetur enim à copijs quas illi immisi, & his non minimis, sed quæ illam (ut conueniebat) ad ea faciēda, à quibus & natura & animi constitutione abhorrebat, cogērent. Sed mihi uidetur contrariū quispiā deus, impedire negocium, & cum meis ministris digladiari. Quamobrē tempus est omnino, ut mihi fasciam ostendas, quam cum filia expositam, te cum ceteris indicijs recepisse dicebas. Quàm metuo, ne prestigijs aliquibus imbuta sit, & imposturis exacerbantibus animam picta: cum inimicus aliquis illi statim ab initio, ut aliena ab amore, & absq̃ prole totum tempus uitæ degeret, ita insidias struere uoluisset. Approbabat hæc, & paulopòst afferebat fasciā literis Æthiopicis non uulgaribus, sed regijs notatam, quæ Aegyptijs sacris cognominatis sunt similes. Et cum percurrerem, talia quædā inueni scriptum

» exponere: PERSINA REGINA AETHIOPVM, quodcunque
 » tandem cognomen habituræ, & solis doloribus filia, donum ultimum exaro hanc inscriptam lamentationē. Fractus sum, Cnemon, postquam nomen Persinæ audiui: attamen ea quæ sequebantur, legebam, quæ erant talia: QVOD ob nullum scelus, filiola, te natam
 » exposui, & patrem tuum Hydaspem conspectum tuum celauī, te
 » stis mihi sit Sol, author nostri generis: ueruntamen excusatā iri me
 » tibi aliquando cupio, filia, si superstes manseris, & ei qui te sublatus est,

A rus est, si quem Deus adduxerit, toti deniq; uitæ hominū, retegens
 causam expositionis. Nobis maiores ex dijs quidē sunt, Sol & Bac-
 chus. Porrò ex numero heroum, Perseus & Andromeda, & Mem-
 nō post hos. Hi igitur qui regia domicilia successu temporis extru-
 xerunt, picturis ea, sumptis ab illorum rebus gestis, exornarunt.
 A aliorum quidem imagines & res gestas in habitaculis uirorum
 & porticibus depinxerunt: thalamos autem Andromedæ Perseiq;
 amoribus uariarunt. Ibi aliquando nos, decimo iam elapso anno,
 postquam me Hydaspes uxorem cognouit, necdum essent nobis li-
 beri, sub meridiem quiescere contigit, somno æstiuo compellente.
 Tum quoq; mecum rem habuit pater tuus, somnium illi hoc præ-
 cipere iurans: & sensi me continuo grauidam esse. Tempus igitur
 usq; ad partū, festum publicū erat, & sacrificia gratiarum actionis
 ergò dijs fiebant, tanquam rege sperante successorem generis. Post
 quam autem te albam peperit, inusitatum Æthiopibus colorem re-
 ferentē, ego quidē causam cognoscebā, quòd cum aspectui, in con-
 suetudine cū uiro, pictura Andromedam obtulisset, & undiquaq;
 ostendisset nudam, (tum primū enim eā Perseus ex rupibus de-
 ducebat) simile illi in presentia infeliciter formasset. Veruntamen
 statui & me ipsam liberare ignominiosa morte (pro certo habens,
 tuum colorem adulterij crimen mihi conciliaturū, nec quenquam
 crediturum esse casum exponenti) & tibi natæ incertitudinem for-
 tunæ largiri, longè morte manifesta, aut omnino spurio nomine
 B optatiorem: teq; mortuam esse continuo, apud uirū fingens, clan-
 culum & occultè exposui; quàm maximas opes potui, præmium ei
 qui te sustulisset unā exponens: & cū alijs rebus te ornans, tū hac
 fascia, & miserabili narratione tuarum mearumq; rationum inuol-
 uens, quam lachrymis propter te profusis & sanguine sculpsi, cum
 simul primò enixa essem, & in multiplicem luctum incidissem. Cæ-
 terum ó suauium, & ad exiguū tempus filia, si superstes fueris, me-
 mineris præclari tui ortus, colens pudicitiam, quæ sola muliebris
 uirtutis & animi regij character est: & parentes imitare, eam exer-
 cens. Memineris autē ante omnia, ut inter pignora tecum exposita
 anulum quendam inquiras, et tibi uendices, quem pater tuus mi-
 hi, cum illi desponsarer, donauit, regio quidē signo in circulo scul-
 ptum, lapide autem Pantarbe & occulta ui prædito, in pala conse-
 cratum. Hæc tecum sum locuta, scriptum ad hunc usum inueniens,
 cum me numē uiuo colloquio & coram in oculis posito priuasset:
 quæ ut facilè muta & irrita esse, ita et ad utilitatem aliquando per-
 uenire possunt. Etenim incertitudo fortunæ hominibus ignota est.
 Deniq; hæc quæ sunt à me scripta, (ó ne quicquam formosa, quæ no-
 bis crimen forma cōciliasti) siquidē seruata fueris, indicia tibi erūt:
 sin, quòd utinam semper aures meas lateat, sepulchrales & (quod
 absit) funebres lachrymæ. Hæc postquam legi, Cnemon, cognos-
 cebam, &

cebam, & deorum gubernationem admirabar, ac uoluptate simul
 & dolore implebar, & affectu quodā nouo detinebar, lachrymans
 simul & gaudens, soluto in læticiam animo propter eorum quæ an
 tea fuerant ignota inuentionem, & oraculo responsorum euolutio
 nem: cæterum anxio, de euentu consequentis tēporis: & humaniam
 » uitam miserante, ut rem quandam instabilem & infirmam, & aliàs
 » aliò inclinantem, tunc autem in primis ex fortuna Charicliæ cogni
 tam. Subibat enim multarum rerū cogitatio, ex qualibus orta, qua
 lium putaretur, quanto locorum interuallo à patria esset abducta,
 & sortita filix adulterinum nomen, amisso natiuo Æthiopum &
 regio genere. Deniq; diu steti anceps, cum meritò sortem illius præ
 teritam miserari & deplorare possem, futuram autem prædicare et
 laudare non auderem. Donec tandem reuocato ad sobrietatem a
 nimo, statui non cunctandum esse, sed cōtinuandum inceptum ne
 gocium. Et cum ad Charicliam uenissem, deprehendo solam, iam
 prorsus affectu fessam: & animo quidem eluctari conantem, corpo
 re autem omnino afflictam, cum cefsisset morbo, & resistere ingru
 enti magno impetu non quiuisset. Cum igitur procul remouissem
 eos qui aderant, & ne quisquam tumultuaretur imperassem, tanq;
 preces quasdam & inuocationes puellæ admoturus: Tempus
 adest, inquit, Chariclia (sic enim pridie promisisti) dicendi quid pa
 tiaris, & non celandi uirum te beneuolentia prosequentem, qui eti
 am te tacente omnia scire possit. Illa autem apprehensam meam B
 manum osculabatur, & illachrymabat: et, O sapiens Calasiri, da no
 bis hanc gratiam primū dicebat, sine me tacentem infelicem esse,
 cum ipse, ut uis, morbum cognoueris: & ignominiam euitatam in
 » lucro ponere, occultantem ea quæ cum pati turpetum, enunciare
 » multo turpius est. Me autē etsi dolore afficit morbus inualescens,
 tamen illud magis, quod in itio morbum non superarim, sed uicta
 sim ab affectu, qui mihi semper ante hoc tempus odiosus fuit, et uel
 auditu ipso uenerandum uirginitatis nomen contaminat. Con
 firmans igitur ipsam: O filia, inquit, duabus de causis rectè facis,
 quod premis rationes tuas. Nam & mihi nihil opus est ut ea co
 gnoscā, quæ iam pridem ex arte mihi sunt nota: & non abs re tibi
 accidit, ut erubescas ea dicere, quæ mulieres occultare magis decet.
 Sed quoniam semel amorem sensisti, & Theagenes conspectus te
 cepit, (hoc enim uaticinium diuinum mihi indicauit:) tu quidē sci
 to te non solam, neq; primam hunc affectum experiri, sed cum mul
 tis illustribus foeminis, cum multis quoq; uirginibus, alioqui (si spe
 » ctes cætera) pudicis. Maximus enim deorum est Amor, ac ipsos e
 » tiam deos interdum superare dicitur. Cæterum considera, quo pa
 » cto optimè tuas res in præsentia cōstituas. Siquidem expertem esse
 » amoris initio, beatitudo quædam est: at ubi captus sis, ad modera
 » tionem reuocare animum, sapientia singularis. Quod & tibi, si cre
 dere uo

A dere uolueris, licet: cupiditatis nimirum turpe nomē repellere, con-
 iunctionis autem legitimum uinculū amplecti, et in matrimonium
 uertere morbum. Sudore multo manabat post hæc dicta, Cne-
 mon: & manifestum erat omnino, quod lætaretur ijs quæ audie-
 rat: sollicita esset autem, & anxia, de ijs quæ sperabat: deniq; erube-
 sceret, conscientia eorum in quibus erat deprehensa. Cum igitur
 non paruo tēporis interuallo quieuisset: O pater, inquit, matri-
 moniū nominas, & hoc amplecti iubes, tanquam manifestū esset,
 aut patrem assensurum esse, aut inimicū meum illud ambiturum.
 Quod ad adolescentē attinet, firmum est, in quibusdam. Magis etiam
 ille, quàm tu, captus est, simili ratione commotus. Siquidem ut est
 consentaneum, animæ utriusq; uestrūm, primo cōgressu mutua
 alternis dignitatem cognouerunt, & in parem affectum sunt de-
 lapsæ. auxi uerò & ego ipse, tibi gratificans, illius cupiditatem. Cæ-
 terum qui putatur tuus esse pater, alium tibi parat sponsum, Alca-
 menem, tibi non ignotum. Illa autem: Alcameni quidem sepul-
 chrum prius, quàm matrimonium meū parat. Me enim aut Thea-
 genes ducet, aut id quod est fatale excipiet. Tu uerò unde cogno-
 ueris quod nō sit meus pater, sed putetur esse, Charicles, quæso ex-
 pone. Ex hac, inquam, tænia: simul eam demonstrans. Vnde au-
 tem eam adeptus es, aut quomodo? Postquam enim me in Aegy-
 pto à nutritio acceptam, nescio quomodo huc adduxit, abstra-
 hens illā à me, repositam in cista asseruauit, ne temporis iniuria cor-
 rumperetur. Quomodo recuperauerim (inquam) deinceps au-
 dies. In præsentia uerò, an ea quibus est insignita scias, dic mihi.
 At cum illa nescire se confiteretur: genus, dicebam & gentem, &
 fortunam tuam exponit, deniq; ut aperirem illi quæ scire, obsecran-
 ti, referebam omnia, scriptum alternis legens, & ad uerbum inter-
 pretans. Postquam autem seipsam agnouit, & animum erexit, ma-
 gis ad genus suum ferebatur, & Quid facere oportet? interroga-
 bat. Iam tum consilium manifestius incipiebam, omnia ita ut se ha-
 bebant retegens. Ego, dicebam, filia, etiam Aethiopes adij, stu-
 dio illorum sapientiæ cognoscendæ. Fui & matri tuæ Persinæ no-
 tus. Semper enim hospitium & receptaculum sapientum generis,
 est aula regia: & alioqui consecutus eram aliquantum gloriæ, Ae-
 gyptiacæ sapientiæ, accessione Aethiopicæ, maiorem addens au-
 thoritatem. Postquam autem me domum discessurum sensit, tuas
 rationes omnes mihi exponit, iureiurando primū fidem silentij
 à me accipiens, & dicebat sapientibus indigenis dicere se non ausu-
 ram fuisse: à me autem petere, ut scisciter deos, primū an exposita
 seruata sis: deinde, qua in terra degas ætatem. Neq; enim se audire
 in gente Aethiopum ullam talē esse, etsi id anxie inquisuerit. Ego
 autem cum omnia à dijs didicissem, & superstitem te esse, & ubi ui-
 tam degeres dixissem, rursus petebat ut inquirerem, & in patriam
k reuertī

reuerti iuberem. Se enim sine prole & liberis, ex dolore quo pro-
 pter te afficiatur, manere: paratamque esse, si quando apparueris, confi-
 teri patri tuo id quod accidit. Scireque illum persuasum iri, tum diu-
 turnitate temporis quo secum uixerit, experimentum de se haben-
 tem, tum successione liberorum praeter opinionem oblatae, du-
 ctum cupiditate ac desiderio. Haec illa dicebat, & ut facerem obse-
 crabat, multis modis me per iusiurandum Solis obtestans: quod uiol-
 lare nemini sapientum fas est. Ego autem uenio, preces iureiuran-
 do firmatas executurus: quauis non eam ob causam hoc iter susce-
 perim, tamen deorum monitu, maximo ex errore hoc lucri repor-
 tans. Et iam longo tempore in id intentus, nec quicquam conueni-
 entis obseruantiae erga te iam pridem intermittens: tacens autem rem
 ipsam, ut occasionem nancisci, & tamen arte aliqua, fidei faciente
 causa ijs quae tibi dicturus eram, adipisci possem, expectans. Quam
 obrem licet tibi obtemperanti, & fugam hinc nobiscum capessenti
 (priusquam aliquid uel per uim, quod minimè uelles, sustineas, Cha-
 ricle tibi iam Alcamenis nuptias apparante summo studio) genus,
 & patriam, & parentes recuperare, & Theageni uiro cohabitare,
 quascunque in terras uoluerimus, sequi nos parato: & cum peregrina
 & extranea uita, genuinam & principem commutare, unà cum
 charissimo regnati. Siquidem oportet cum dijs & alijs rebus, tum
 oraculo Apollinis fidem habere, & simul reducebã in memoriam
 oraculum, & quid uellet exponebam. Neque enim ignotum fuit Cha-
 ricleae, cum alioqui uulgo esset decantatum. Adhaesit ad haec. Post-
 quam igitur deos ita uelle & tu dicis, et ego credo, quid est tandem
 faciendum pater? Fingendum, aio, quasi approbes Alcamenis
 nuptias. Graue quidem est, inquit, & alioqui turpe, uel pollicitis
 alium anteferre Theageni: caeterum quoniam me in deorum pote-
 statem, & tuam, pater, tradidi, quem nam scopum habet, & modum,
 commentum hoc, ut priusquam ad rem deducatur, dissolui possit?
 Reipsa cognosces, inquam. Quaedam praedicta mulieribus, inter-
 dum cunctationem attulerunt: eadem subito agi cepta, maiore cum
 audacia plerumque peracta sunt. Sequere tantum consilia mea, cum
 in alijs, tum in praesentia, ut te accommodes ad sententiam Charic-
 clis de nuptijs, tanquam illo nihil acturo sine meo ductu & auspi-
 cijs. Promittebat haec. Atque illam relinquo lachrymantem. Vix
 autem ex aedibus egressus, Chariclem conspicio tristem admodum,
 & omni mœrore plenum. Et, O praecclare, ad ipsum inquit: Quan-
 do te oportebat sequi, & laetari, & dijs sacrificia facere, gratiarum
 actionis ergo, ea quae iam pridem optabas consecutum, Chariclem se-
 ro tandem arte multiplici & sapientia, ad cupiditatem nuptiarum
 inclinata, tum tristis es, & mœstus, & tantum non lachrymas, haud
 scio quem ob casum. Ille autem: Sed cur non esse debeam? cum
 sit futurum, ut charissima mihi in uita, fortassis antè in alias sedes
 transferatur;

A transferatur: siquidem assentiri oportet somnijs cum alijs, tum ijs quibus perterrefactus sum hac nocte, qua rebar, aquilam emissam e manibus Apollinis, cum subito deuolasset, hei mihi, ex meo sinu filiolum rapuisse, ferentem ad extremum nescio quem terrae terminum, tenebricosis quibusdam simulachris & umbrosis plenum. Denique neque cognosci potuisse quid nam egisset, infinito interuallo interiecto, ut una cum uolatu conspectus effugeret, tanquam ex insidijs efficiente. Haec ut dixit, ego quidem quod tenderet somnium coniciebam: illum uero a consternatione animi abducens, & ut quam longissimè abesset a suspitione eorum quae futura erant, efficiens: Sacerdos, inquit, & quidem inter deos uaticinijs clarissimi, non uideris mihi coniectationem ex somnijs rectè nosse, quod cum insomnia tibi nuptias filiae prænuncient, & aquilam quidem accepturum sponsum quasi ænigmate significant: haec uero futura annuente Apolline, & tanquam ex manu sua maritum adducente annuncient: uultu indignationem declaras, & somnium in deteriore partem trahis. Quamobrem faustum habeamus os Charicle, & accommodemus nos ad uoluntatem numinum, eo magis in id ut puellae persuadeamus incumbentes. Hoc uero interrogante, quid facto opus esset, ut magis obtemperantem puellam haberet? Si fortè tibi adhuc est, inquit, preciosi aliquid in reposito, aut uestis auro intertexta, aut monile magno constans, haec tanquam sponsalia affer a sponso, & donis placa Charicliam. Inexcusabilem habet apud mulierem fascinum, aurum & lapis. Deinde alia quoque ad hanc celebritatem tibi sunt apparanda. Oportebit enim continuare nuptias, nulla interposita mora, dum adhuc puella cupiditatem arte extortam immutabilem retinet. Nihil me intermissurum esse existima eorum quae in me sita sunt: cum dixisset Charicles, recurrebat, ex uerbis rem ipsam facere praè uoluptate accelerans, & fecit, quemadmodum postea cognoui, ea quae illi suggereram, nulla dilatione, cum uestem preciosam, tum monilia Athiopica, a Persina cum Chariclia indiciorū ergò exposita, ueluti sponsalia ab Alcamene praeferebat. Ego autem obuius factus Theageni, ubi uersarentur ij ex quibus pompa constiterat, interrogabam. Ille autem, uirgines quidem dicebat iam egressas esse, ideo ut lentius iter faciant praemissas: caeterum ephebos neque amplius ferre moram, tumultuantes, & se ad reditum in patriam impellentes. Quae ut cognoui, & quae illis dicenda essent, ac sibi facienda, utque obseruaret cum a me daretur signum occasionis & temporis imperaui, ab hoc discedebam. Ad templum autem Apollinis contendebam, supplicaturus deo, ut me oraculo de fuga una cum iuuenibus facienda edoceret. Sed erat uel quauis cogitatione celerius numen: & ijs qui actiones suas ad illius uoluntatem accommodant, auxiliatur etiam non imploratum, beneuolentia saepius preces anteuertens.

Quemadmodum & tunc, nondum sciscitationem factam anticipa
 uit Apollo responsione, nec ipsa significabat suum ductum & uo
 luntatem. Siquidem me sollicitum de ijs quæ cogitabam exequen
 dis, & ad uatem (ut dixi) properantem, cohibuit quædam uox præ
 tereuntē: Præclare, properes, hospites cum te uocēt. Celebrabant
 autem cum cantu tiliarum, conuiuium in honorem Herculis. Co
 hibui impetum, postquam hæc sensi: nec enim mihi fas erat, diui
 nam uocationem præterire. Postea uerò quàm accepto thure ado
 leui, & aqua libationes feci, uidebantur mirari sumptum mearum
 oblationum: ut tamen unà particeps essem conuiuij, petebant. ob
 temperabā & hac in parte, et cum recubuissem in thoro, quem myr
 thi & lauri hospitibus strauerāt, ac ea quæ solitus erā degustassem:
 O præclari, ad ipsos inquam: conuiuio quidē suauissimo non am
 plius indigeo, cæterum rationum uestrarum omnino adhuc sum
 ignarus. Quare tempus est ut mihi dicatis, qui, aut unde sitis. Inde
 „ corum enim est et agreste, eos qui eiusdem libationis & mensæ sue
 „ rint participes, & sacrum salē initium amicitiae fecerint, non etiam
 „ cognitis mutuo suis rationibus discedere. Dicebāt igitur se esse
 Phœnices Tyrios, mercatores artificio. Nauigare autem Carthagi
 nem, sitam in Africa: nauem onustam Indicis ac Æthiopicis, & ex
 Phœnice mercibus, eò ferentes. In præsentia uerò Herculi Tyrio
 pro uictoria parta epulationē instituere, quòd hic adolescens (o
 stenso eo qui ante me sedebat) ornatus sit hic corona palæstrica, B
 & uictricem Tyrum inter Græcos declararit. Hic enim, postquam
 superata Malea, uentis aduersis usi ad Cephaleorum insulā appli
 cabamus, somnium illi prædicere futuram uictoriam in Pythijs,
 per patrium hunc deum iurans, cum nobis ut deflecteremus à pro
 posita nauigatione, & huc applicaremus, persuasisset, re ipsa fidem
 fecit uaticinio, uictor nobis præclarus, paulo antè mercator cum es
 set, declaratus: & hoc sacrificium deo monstratori, ob uictoriam
 partam, & gratitudinis ergò celebrat. Diluculo enim optimè solue
 mus, si uenti nostræ uoluntati aspirauerint. Sic igitur reuera sta
 tuistis, inquit. Ita omnino, responderunt. Quamobrem comi
 tem me habebitis, si uolueritis. Mihi enim proposita est nauigatio
 in Sicilia, quadam de causa, hæc autem insula, ut scitis, præternauig
 anda uobis est, Africam petentibus. Si uolueris, dicebant. Ne
 que enim quicquam commoditatis defuturū nobis existimamus,
 cum uiro sapiente & Græco, & ut testatur experientia, dijs grato
 uersantibus. Velim, ad ipsos inquit, si modo mihi unum diem ad
 apparatus concesseritis. Habebis, inquit, crastinum, tantum
 ut sub uesperam sis ad mare. Magna enim ex parte nobis & noctes
 in nauigatione consumuntur, auris à terra consurgentibus, tran
 quillè naues deducentes. Paciscebar me ita facturum esse, iure iu
 rando prius, quòd non essent antè soluturi quàm promississent, ac
 cepta

A cepta fide. Ac hos quidem ibi reliqui, adhuc tibijs ac tripudijs operam dantes, quæ ad fidiculas uolubile melos Assyriaca quadam consuetudine faciebant, nunc leuibus saltibus in altum sublatis, nunc ad terram succiduo poplite sese demittentes, & flexus toto corpore tanquam numine afflati intorquentes. Et cum ad Charicliam uenisset, adhuc in sinu pignora à Charicle ferentem & contemplantem, & ad Theagenem post illam, & utriusque quæ facienda essent, & quando, suggessisset, domum reuersus, intentus eram in ea quæ erant futura. Sequenti autem die talia fiebant. Cum mediæ noctes somno urbem mergerent, globus iuuenum armatus ædes Charicliæ occupabat. Dux autem erat Theagenes huius amatorij belli, ex pompa in cohortem ephebis instructis. Qui subito ingenti clamore edito, & sonitu scutorum ijs qui paululum sentiebant perterrefactis, cum facibus accensis irruerunt in domunculam, emota haud difficulter ianua: quod iam antea ut repagula facile aperiri possent, præparatum fuerat: Charicliamque instructam, & omnia præuidentem, ac uim sponte sustinentem rapiunt: non paucam suppellectilem, quam uirgo uolebat, simul efferentes. Postquam autem domo egressi sunt, hi quidem bellico clamore sublato, & horrendum quendam strepitum scutis edentes, transibant per totam urbem, in incredibilem quendam terrorem incolas conijcientes: quod & intempestam noctem ideo, ut formidabiliores uiderentur, elegerant: & Parnassus ad illum sonitum ab ære redditum, uicissim resonabat. Postquam autem egressi sunt ex urbe, quanta celeritate potuerunt, in Locrensiem & Oetæos montes equis auecti sunt. At Theagenes & Chariclia antea constituta faciētes, deserunt Thessalos, & ad me clanculum confugiunt, & simul prouoluti ad genua, diu amplectebantur trementes, & Serua pater, continuè dicentes. Ac Chariclia quidem hoc solum, etiam demisso in terram uultu, tanquam recens factum erubescens: cæterum Theagenes & alia me obtestans adijciebat, Serua (dicens) Calasiri peregrinos, & urbe carentes supplices, omnibus priuatos, ut ex omnibus se solos lucrificiāt: Serua fortunæ deinceps addicta corpora, & casto amori mancipata: exules uoluntarios quidem, sed alacres, & qui omnem spem salutis in te collocarunt. Confusus sum his dictis: & cum animo magis quam oculis supra iuuenes collachrymassem, ita ut illos late-ret, meum autem dolorem leuaret, erigebam eos, et confirmabam. Denique bona spe euentus illis proposita, quod diuino auspicio negotium inchoatum esset: Ego quidem ad reliqua exequenda, inquam, abeo: uos uero me hoc in loco operimini, in id omni cura & diligentia incumbētes, ne ab aliquibus conspiciamini. & hoc cum dixissem, recurrebam. Sed Chariclia me ueste apprehendebat, ac retinebat. & O pater, iniustitiæ (dicebat) initium hoc, uel magis proditionis, si mei sola relicta discedes, Theageni nostris rationibus

„ commendatis: neque cogitabis, quàm infidus sit ad custodiam a- A
 „ mator, si in illius potestate fuerit id, ut amore perfrui possit, & ips
 „ qui illi pudorem incutere possint careat. Magis enim incenditur,
 „ ut existimo, cum omni praesidio destitutum id quod expetit, expo-
 „ situm sibi uidet. Quamobrem non prius te dimittam, quàm mihi
 tum praesentis temporis, tum magis etiam consequentis gratia, iu-
 risiurando à Theagene securitas firmetur, quod consuetudinē Ve-
 neream nō sit mecū antè habiturus, quàm genus & domū meam
 recuperauero: aut si hoc numen prohibuerit, saltē prius quàm me
 sponte cōsentientem in uxorem acceperit: sin minus, nequaquam.
 Cumq; ego ea quæ dicta fuerant, miratus, omnino ita faciendum
 esse decreuissem, & domesticum focum in arā succendissem, thuscq;
 adoleuissem, iurabat Theagenes, iniuria se quidē affici dicēs, quod
 anticipatione iurisiurādi fides sponte animi constitutione praestan-
 da praecideretur: neq; se laudare posse eam uoluntatem, quæ metu
 potentioris coacta esse uideatur, iurabat tamen per Apollinē Del-
 phicum, & Dianam, & Venerem ipsam, & Amores, ita se omnia
 facturum, sicuti Charicia uellet. Et hi quidem hæc, & quæcunq;
 tandem alia præterea cōtestantes deos, paciscebantur inter sese.
 Ego autem ad Chariclem contento cursu ueniēs, tumultu plenam
 & luctu domum deprehēdo, cum iam ministri ad ipsum uenissent,
 & raptum uirginis nunciassent: & ciues frequentes confluerent, &
 Chariclem lugentem circumstiterent: deniq; inscitia eorum quæ si B
 erent, & inopia consilij ad ea statuenda quæ facienda essent, labo-
 rarēt. Intonans igitur magna uoce: O incoelices, inquit: Quam-
 „ diu tandem stupidis haud absimiles, muti & ignaui sedebitis, tanq;
 „ unā cum aduersa fortuna mens etiam uobis erepta sit? An non ar-
 mati iam persequimini hostes? Non comprehendetis & supplicio
 afficietis eos, qui uos iniuria affecerunt? Charicles autem: Super-
 uacaneum est fortassis, deinceps certare cum praesenti fortuna. In-
 telligo enim, quòd ob iram deorum luo hanc poenam: quam ab eo
 tempore, quo intempestiuè in adytum ingressus, uidi quæ fas non
 fuerat, deus mihi praedixit, propter ea his quæ animo meo charissi-
 ma essent me priuatū iri. Attamen nihil impedit, etiam cum dijs (ut
 aiūt) pugnare: siquidē qui sint persequendi, & eum qui tātā cladē
 nobis intulit, sciremus. Thessalus, inquit, (qui apud te fuit in ad-
 miratione, quem etiā mihi amicū fecisti) Theagenes est, & ij qui
 cū eo fuerunt adolescentuli. Atq; ita possis inuenire aliquē adhuc
 in urbe, qui usq; ad hunc diem hic morabantur. Quamobrē surge,
 & in concilium conuoca populū. Fiebat ita: duces indictiuā con-
 cionem denunciabant, tuba praeconium urbi significantes: popu-
 lus statim aderat: theatrum nocturna curia fiebat. Charicles in me-
 dium progressus, & subito effusus in lachrymas, talia dicebat:
 Fortassis me, o Delphi, meas ipsius rationes nunciare uolentem, in
 medium

A medium progredi, & tantam conuocasse concionem existimatis, magnitudinem mearum calamitatum intuentes. Cæterum aliter se res habet. Et si enim sapius ea sustineam, quæ uel cū morte ipsa comparari possint: & nunc deserta, & diuinitus uastata, & sola in posterum mihi sit domus, omnibus simul charissimis, in quorum consuetudine & suauitate acquiescebam, orbata: tamen omnium communis frustratio & inanis spes, adhuc me sustentat, & ad tolerantiam uocat, inuentionem filia, cuius res ipsa facultatem dat, pollicens. Sed me magis urbs mouet: quam uictricē, sumpta pœna de his qui illam iniuria affecerūt, prius me uidere expeto, & expecto. Nisi forte nobis animum generosum, & indignationem pro patria, & dijs patrijs, Thessalici adolescentuli etiam abstulerunt. Nam quod est grauissimum, pueri tripudiones pauci, & sacrae legationis ministri, abeunt primaria urbe inter Græcas uastata, & templo Apollinis preciosissimo thesauro spoliato, hei mihi, meis oculis Charicia. O implacabilem numinis erga nos, & pertinacem iram. Primum mihi, ut scitis, genuinam filiam, unā cum sponsalibus facibus extinxit: matrem præ dolore, quem ceperat ex illius morte, simul abduxit: me patria expulit. Sed erant omnia tolerabilia, post Chariciæ inuentionē. Charicia mihi uita erat, spes & successio generis, Charicia sola solatium, & ut ita dicam, ancora. Et hanc abrupit, ac abstulit, quæcunq; est quæ me inuasit tempestas. Nec quidem simpliciter, neq; fortuito, sed quo tempore consuevit intempestiue et crudeliter nobis insultare, propemodum ab ipsis thalamis, tanquam nuptijs uobis omnibus iā antè denunciatis. Adhuc hæc dicentem, & totum in luctum à proposito delabentem, dux Hegesias cohibebat, & amouebat. Et, O uos qui adestis, inquit, Charici quidem & postea lugere licebit. Nos uerò nō mergamur huius dolore, neque inconsideratè illius lachrymis tanquam aquæ impetu auferamur, occasionem negligentes, quæ cū omnibus in rebus, tum in bellis maximum momentum habet. Nam nunc nobis ex concione exeuntibus, spes est aliqua hostes posse comprehendere, dum ut neglectim iter faciāt, efficit nostri apparatus expectatio. Quod si adhuc miserantes, uel potius muliebri gestu deplorantes, cunctatione maiorem illis facultatem ad effugiendum præbuerimus, nihil aliud nisi ut irrideamur, atq; id ipsum ab adolescentulis, relinquitur. Quos ego aio quamprimum comprehensos, cruci affigi oporteret: et quosdam ex illis ignominia affici, translata etiam in familiam pœna. Hoc autem facile fieri possit, si ad indignationem commouerimus Thessalos, cōtra hos ipsos qui effugerint, & eorum posteros, interdicētes illis decreto sacra legatione, et iustis funebrib. herois, quæ ut ærarij publici sumptu constarent, decreueramus. Cū hæc adhuc collaudarentur, & decreto populi cōprobarentur: Confirmetur suffragijs uestris, inquit dux, si uidetur et illud, ut non ampli-
 us osten-

90 HELIODORI AETHIOPICORVM
 plius ostendatur æditua his, qui cursu in armis certant. Quantum enim conijcere possum, inde initium impietatis in Theagene flammis concepit, & de hoc raptu, ut uideatur, ex primo aspectu cogitauit. Bonum est enim, in consequens tempus tollere occasionem talis aliquorum conatus. Postquam autem & hæc uno calculo, & manu omnium obtinuit, Hegesias exitus signum dabat, tuba bellum canebat, theatrum in bellum dissoluebatur, & cursus effusus ex concione in prælium fiebat, non tantum robustæ & armatæ ætatis: sed etiam multi pueri & puberes promiscuè, promptitudinis accessione, florem ætatis augentes, audebāt illius expeditionis esse participes. Multæ quoque mulieres, fortiores quàm pro natura animos gerebant, & eo quod cuique fuit obuium armorum loco arrepto, ne quicquam insequerentur: & foemineam, siueque sexus imbecillitatem conatu frustratæ cognouerunt. Vidisses & senis cum senectute pugnam, & tanquam trahentem corpus animū, ac illi præ ardore & promptitudine infirmitatem ut probrum obijcientem. Tantum omnino dolorem urbs cœpit ex raptu Chariclæ: & tanquam uno affectu commota, ad persecutionem subito, ne diem quidem expectans, publicè sese effudit.

HELIODORI AETHIOPICO

rum Liber quintus.



MRS igitur Delphorum his erat occupata: quicquid tandem effecerit, neque enim scire possum. Mihi uero occasionem fugæ, illorum persecutio attulit, et assumptos iuuenes ducebam ad mare, ut erāt eadem nocte, & imponebam in nauem Phœniciam, continuo funes soluturam. Etenim iam diluculo aliquomodo apparente, non existimabant se amplius iusiurandū mihi datum uiolatueros Phœnices, diem tantum & noctem unam expectandi mecum pacti. Magno igitur cum gaudio uenientes nos recipiūt, & statim e portu remigio primū in altum prouehantur: deinde postquā placido uento à terra aspirante, fluctus humiles subibant, & quasi arridebant puppi, nauem uelis passis ferri permittebāt. Atque ita Cyrrhæi sinus, & eminentiæ Parnassi, ac Aetoli & Calidonij scopuli prope modum transuolantem holcadem præteribant: & insulæ acutæ figura ac nomine, ac mare Zacynthium, sole tum primū ad occasum uergente, apparebant. Sed quid hæc intempestiuè produco? Quid porro mei ipsius & uestri sum oblitus, & narrationē extendo, pelago uos deinceps reuera committens? Hic reliquum sermonis cohibeamus, uicissimque paululum somni capiamus. Etsi enim minimè sis in audiendo tediosus, & fortiter somno repugnes, Cneumon, tamen existimo te iam deinceps labascere, cum ego meos affectus

A affectus ad multam noctem produxerim. Et me alioqui, fili, cum
 senectus grauat, tum calamitatum recordatio mentem dissoluens,
 in somnum defert. Cohibe, dixit Cnemon, pater, non tanquam
 me narrationem submouente: nam mihi quidem, etiamsi multas
 noctes, & dies plures coniungas, id accidere non posse uidetur,
 adeo infatigabili quadam suauitate & Syrenijs illecebris condita est.
 Sed me iam pridem susur quoddam, & sonitus tumultus cuiusdam
 circa aedes circumsonat. Et quidem non eram perturbatione ua-
 cuus, sed tacere per uim conabar, cum cupiditate a te dicendorum
 traherer. Ego quidem non sensi, inquit Calasiris, tum quod sim-
 uel ob aetate hebetiori ac languidiori auditu (Senectus enim cum
 aliarum partium, tum aurium praecipue morbus est) tum fortassis
 eo quod narrationi animo uacarem. Videtur autem mihi Nausi-
 cles uenire, aedium dominus: sed quid tandem, o dii, effecit? Om-
 nia, ut uolebam, inquit Nausicles, cum subito illis apparuisset. Ne-
 que enim me latuit, bone Calasiri, quod sollicitus esses de meis acti-
 onibus, & tanquam animo una peregrinareris. Sed te perspexi, cum
 alias ex tua erga me obseruantia & uoluntate, tum ex his de quibus
 te hic colloquentem ingressus deprehendi. Sed quis est hic hospes?
 Graecus (inquit Calasiris) alia uero deinceps audies. Tu uero si
 quid a te dextere confectum est, nuncia citius, ut habeas quoque gau-
 dii participes. Sed & uos, inquit Nausicles, diluculo audietis: in
 praesentia autem uobis, quod meliorem Thisben acquisiuerim, scire
 sufficiat. Mihi enim cum ex itinere, tum ex alijs cogitationibus mo-
 lestia somno breui utique est lenienda. Hic quidem cum haec di-
 xisset, recurrebat facturus ut dixerat. Cnemon autem contrista-
 tus est, audito Thisbes nomine, praecipue sollicitudine omnem cogitati-
 onem retro conuertebat anxius, & grauius continuèq; ingemi-
 scens, reliquum noctis sese discrucians traducebat: ut neque Calasi-
 ridem ad extremum lateret, quamuis arctiore somno detineretur: sed
 erigens se senex, & cubito innixus, quid illi accidisset interrogabat,
 & quam ob causam tantopere inquietus esset, non multum distans
 ab insanis. An non merito insaniam, ad ipsum Cnemon, cum quod
 Thisbe sit superstes, audierim? Quae autem est haec Thisbe, in-
 quit Calasiris, aut unde auditam agnoscis, & nuncio allato quod ui-
 uat sollicitus es? Et ille: Alia quidem audies postea, quando tibi
 & meas rationes exponam: caeterum illam interfectam hisce oculis
 ego agnouii, & apud bubulcos meis manibus sepeliui. Dormi,
 dixit Calasiris. Haec autem quomodo se habeant, non ita multo post
 cognoscemus. Non potero, inquit. Sed tu quidem quiesce immo-
 tus: ego autem haud scio an possim uiuere, nisi quamprimùm clam e-
 gressus, aliquo modo curiosius inuiserò, in quo errore Nausicles
 uersetur, & quomodo apud solos Aegyptios mortui reuiuiscant.
 Arrisit ad haec leniter Calasiris, & rursus lapsus est in somnum. Cne-

mon autem egressus conclauis, inhibuit quidem sese, ut consentaneum erat, eum qui noctu et in tenebris in ignota domo oberraret: attamen omnia sustinebat, metu propter Thisben, & suspitione exonerare se quamprimum properans. Donec serò tandem, & saepius in eodem locis, tanquam in alijs sese uoluens, sensit mulierem clam & lugubriter tanquam uernam lusciniam, lugubri et miserabili cantilena lamentantem, & ad domunculam luctu quasi manu ductus contendit, & foribus qua parte inter se committebantur, aurem admouens, audiebat, talique modo adhuc lamentantem deprehendit. Ego uerò misera, ex manibus praedonum me elapsam esse, & mortem cruentam expectatam effugisse arbitrabar, & acturam me deinceps cum charissimo peregrinam & erraticam uitam, sed cum illo suauissimam futuram. Nihil est enim mihi tam molestum, aut graue, quod non cum illo sit tolerabile. Nunc autem nondum satiatum, me autem initio sortitum numen, cum parum uoluptatum proposuisset, rursus decepit. Seruitutem me effugisse existimabam: en seruius rursus, & in carcere detineor. Insula me habuit antea, & tenebrae praesens status illi iam est similis, uel ut uerius dicam, etiam acerbior: eo qui haec consolatione lenire & uoluisset, & potuisset, se parato à me, & auulso, antrum praedonum die qui praecessit, diuersorium mihi fuit: infernus et barathrum, denique quid aliud quam se pulchrum illa habitatio? Caeterum & haec, omnium mihi charissimus, praesens leuabat. Illic & uiuentem luxit, & propter mortuam (ut rebatur) lachrymas profudit, tanquamque interfectam deplorauit. Nunc & his sum orbata. Perit particeps meorum calamitatum, mecum dolores tanquam onera partiri solitus. Ego autem sola, & deserta, & captiua, & multis modis deploranda relinquo, acerbe fortunae arbitrio exposita, & eo tantum uitam retinens, quod superstitem esse charissimum spero. Sed o anima mea, ubi tandem es? aut quae te excepit fortuna? An & ipse, hei mihi, seruis: libero animo, & seruitutis impatiente, praeter amoris, praeditus? Sed superstes sis tantum, & conspicias aliquando Thisben tuam. Ita enim me uocabis etiam nolens. Non amplius se continere potuit Cnemon, ut haec audiuit; neque expectabat ut reliqua audiret, sed ex primis alia suspicatus, ex his autem quae sub fine audierat Thisben esse prope statuens, parum aberat quin collaberetur, apud ipsas prope modum fores. Caeterum cum uix restitisset, metu ne ab aliquo deprehenderetur (iam enim galli secundo occinebant) recurrebat lapsans, & nunc pedes offendens, nunc uerò in parietes subito incidens, & iam liminibus superis, iam uasis sicubi forte laqueari dependebant, caput impingens. Cum autem ad domunculam, in quam se recipiebant, longum tandem post errorem uenisset, continuo in lectum corruit: & ipsius quidem corpus tremor inuadebat, dentium autem multa collisio existerat: & fortasse ad extremum periculum deuenisset,

A deuenisset, nisi statim Calasiris, postquam id sensit, assidue illum
 fouisset, & sermone omnino ut ad se rediret effecisset. Vtq; paulu-
 lum respirauit, causam ex eo sciscitabatur. Ille autem: Actum
 est de me, inquit. Viuit enim reuera pessima Thisbe. & cum hæc
 dixisset, iterum emoriebatur. Calasiris autem rursus multum ne-
 gocij habuit, dum confirmare illum conaretur. Enimuero illude-
 bat planè Cnemoni quoddã numen, quod, ut alioqui ut plurimum
 res humanas in ludibrij & lusus loco collocat, ita neq; tum suauissi-
 mis tranquillè & absq; molestia frui permittebat: sed ei quod mag-
 nam uoluptatem allaturum paulo post fuerat, casum aduersum im-
 plicabat: uel quod ea sit ipsius consuetudo, etiam tũ ostendens: uel
 quod natura humana, merã & non temperatã læticiam capere non
 possit. Quamobrem Cnemon quoq; tum fugiebat ea, quæ illi om-
 nium maximè fuerant expetenda: & suauissima, formidabilia esse
 existimabat. Muliercula enim quæ plorabat, non erat Thisbe, sed
 Chariclia. Ita autem sese res illius habebant. Postquam Thyamis
 uiuus uenerat in hostium potestatem, & captiuus detinebatur, in-
 sula autem incensa fuerat, & incolis bubulcis uacua, Cnemon qui-
 dem & Thermutis, scutifer Thyamis, matutini lacũ transmiserunt,
 qua conditione esset præfectus apud hostes exploraturi. Talis au-
 tem fuit ratio illorum itineris, qualis antea exposita est. Porro soli
 Theagenes & Chariclia in antro relinquuntur, dilationem præsen-
 B tium calamitatum maximum bonum æstimantes. Tum primùm
 enim seorsim, & omni qui obturbare potuisset liberati, secum uer-
 santes, non impeditis & consummatis cõplexibus & osculis se ex-
 plebant, & in omnium obliuionem delapsi, in amplexu mutuo diu-
 tissimè hegebant, ueluti in unum corpus coaluissent: casto quidem
 adhuc & pudico amore se satiantes, lachrymis autẽ humidis & ca-
 lidis secum temperati, purisq; tantum mixti osculis. Etenim Charic-
 lia, si qua in re Theagenem decori fines egredientem, et petulanti-
 us agentem senserat, commemoratione iurisiurandi coercebat. Ille
 autem haud difficulter reduci se in uiam patiebatur, & ad modera-
 tionem reuocari, cum amore quidem inferior, uoluptate autẽ su-
 perior esset. Cæterum cum serò tandem in memoriam eorum quæ
 essent agēda rediissent, necessitate coacti, se satiatos esse statuerunt,
 & Theagenes eiusmodi orationem exorsus est: Vt mutua con-
 suetudine presentes fruamur Chariclia, et hoc consequamur quod
 omnibus rebus anteposuimus, & propter quod omnia sustinui-
 mus, & nos optamus, & dij Græcanici præbeāt. Atqui cum hu-
 manarum rerum ratio sit instabilis, & aliàs, aliò inclinēt, & multa
 passi sumus, & multa speramus, propositum est nobis etiam, sicuti
 pacti sumus cum Cnemone, omnino ad Chemmim pagum pro-
 perare: tum incertũ est, quæ nos fortuna sit exceptura: et magnum,
 immẽsumq; (ut uidetur) interuallũ, ad terrã quæ speratur à nobis,
 1 2 conficiendum

conficiendum restat: age notas aliquas componamus, per quas & A
 præsentes arcana cognoscemus, & si aliquando ut seiungamur acci-
 derit, absentes nos uestigabimus mutuo. Bonum est enim erroris
 compendium, amicorum tessera, quæ inuentionis causa asseruatur.
 Collaudabat hæc Chariclia: et uisum est, si à se inuicē separarentur,
 ut templis aut statuis insignibus, hermis, & lapidibus in triuis,
 Theagenes quidem Pythicus, Chariclia uerò Pythias inscriberent,
 ad dextram, an ad sinistram abierit, ad hanc urbem, pagū, aut gen-
 tem, diem insuper & horam exprimentes. Quòd si conuenirent,
 sufficere quidem, ut alter ab altero tantum conspiciatur. Nullum
 enim tempus obscurare in illorum animabus amatorias notiones
 posse: attamen Chariclia paternum anulum secum expositum os-
 tendebat: cicatricem autem in genu, ex uulnere inflictò à syluestri
 sue, Theagenes. Porro uerborum tesseras, illa quidem facē, hic au-
 tem palmam ut haberet, inter se constituerunt. Ad hæc confirman-
 da, complectebantur se inuicem, & rursus plorabāt, lachrymas (ut
 existimo) tanquam libationes fundere incipientes, & oscula iuris-
 iurandi loco figentes. His ita inter se constitutis, antro egrediebantur,
 omnino thesauros qui ibi erant reconditi, non attingentes. E-
 tenim opes ex spolijs partas, impuras ducebant. Cæterum quæ se-
 cum ipsi Delphis aduexerant, prædones autem eripuerant, ea col-
 lecta ad iter secum apparauerant. Chariclia uerò etiam uestem mu-
 tauit, imposito in sarcinulam quandam iurisiurando, & coronis, & B
 sacra ueste: atq; ut occultiora essent, etiã alia supellectili uiliori de-
 super iniecta: arcu autem & pharetra Theageni ad ferendum tradi-
 ta, onere illi suauissimo, & armis dei imperium in illum obtinentis
 proprijs. Quamprimum autem lacui appropinquarunt, & nauis-
 gium conscensuri erant, multitudinem armatam ad insulam trans-
 mittentem conspiciunt. Cum igitur in uertiginem ex illo formida-
 bili spectaculo incidissent, diu steterunt obstupefacti, tanquã præ-
 magnitudine doloris occalluissent ad fortunæ iniurias, ita sine in-
 termissione in illos sæuientis. Serò igitur tandē, & propemodum
 applicantibus ijs qui adueniebant, Chariclia ut refugerent, & an-
 tro sese absconderent, atq; ita clam delitescere possent, petebat: si-
 mulq; ipsa refugiebat. At Theagenes illam retinebat, & Quous
 que tandem (dicebat) fugiemus fatum, quod nos ubique insequi-
 tur? Cedemus fortunæ, & nō opponemus nos impetui qui in nos
 irruit. Quid aliud quàm errorem irritum, & uitam erraticā, & in-
 sultum numinis, alium alij succedentem lucrabimur? An nō uides,
 quemadmodum exilio coniungat piratarum latrocinia, & peri-
 culis marinis longè asperiora in continenti, magno studio & con-
 tentione conflare nitatur? Bella non ita pridem excitauit, prædo-
 nes paulo post adduxit: captiuos paulo antè detinuit, solitarios
 rursus & desertos effecit: liberationem & fugam liberam propo-
 suit, euesti

fuit, eueftigiò interfectores admouit. Tale bellum quali per lufum
 contra nos fucepit, noftras ratiónes non fecus quàm scenam aut fa-
 bulam representans. Cur non igitur præcidimus & abrumpimus
 hoc tragicum ipfius poema, & nos ipsi qui uolunt interficere, tradi-
 mus: ne fi fortè intolerandum finem fabulæ imponere conetur, no-
 bis ipsis manus afferre cogat. His dictis non omnibus affentie-
 batur Chariclía, Fortunam quidem iufte ab illo accusari, dicens:
 cæterum hoftibus sponte feſe tradere, neutiquam conſultum eſſe
 cenſens. Neque enim exploratum eſſe, an ſint illos comprehenſos
 ſtatim interfecturi: neq; ſe cum tam facili & beneuolo numine lu-
 ctari, ut celerem calamitatum exitum & liberationem cõceſſurum
 ſit, ſed fieri poſſe ut ipſos etiam reſeruari ſeruituti uelit. Quod qua-
 tandem mortè non eſſet acerbius? Peſtibus barbaricis expoſitum
 eſſe ad iniuriam indignam & ominofam: quam omnibus modis, &
 quoad fieri poteſt declinemus ſpem, ſucceſſus, experimẽto caſuum
 qui præterierunt metientes: cum sæpe iam etiam illinc unde minus
 credibile fuerat, ſuperſtites euaserimus. Faciamus ut uis, cum di-
 xiſſet Theagenes, ſequēbatur præeuntem, nõ ſecus ac ſi traheretur.
 Neque tamen hoſtes, fuga ad antrum anteuerterunt: ſed dum eos
 qui à fronte adueniebant circumſpicerent, non animaduertent
 ſe à parte hoſtium, quæ in aliam partem inſulæ descenderat, à ter-
 go cinctos & concluſos eſſe. Et hi quidem perculſi ſteterunt, con-
 fugiente ſub Theagenem Chariclía: ut ſi etiam mori opus eſſet, in
 manibus Theagenis id fieret. Ex his autem qui aſcenderant, inten-
 trauerant iam quidam ictum: cæterum poſtquam contuitu ſuo iu-
 uenes illuſtrarunt eos qui irruēbant, concidit illis animus, & tor-
 pēbant dextræ. Formoſos etiam barbaricæ manus uerentur, ut ui-
 detur: & ad amabilem aſpectum, etiam immanis oculus manſue-
 ſcit. Comprehenſos igitur ducebant ad ducem, magnopere cupi-
 entes ſpoliorum pulcherrimum in primis adducere. Et quidẽ hoc
 unum tantum allaturi fuerant. Neq; enim quicquã aliud ullus eſt
 adeptus, quamuis ab oris ad oras inſulam percurriffent, & armis
 tanquam retibus, totam undiquaque circumdediffent. Nam reli-
 qua quidẽ inſula priore bello conflagrauerat: ſolum antrum re-
 lictum fuit, quod ignorabatur. Et hi quidem ita ad Polemarchum
 ducebantur. Is autem erat Mitranes, præfectus excubiarum Oro-
 ondatis, ſatrapia Ægypti Regi magno adminiſtrantis, magna ſum-
 ma pecuniæ (ut dictum eſt) à Nauſicle conductus, inſpectionis
 Thisbes gratia ingreſſus inſulam. Poſtquam igitur Theagenes &
 Chariclía adducti ſunt propius in conſpectum, ſeruatores deos sæ-
 pius inuocantes, mercatorio quodã & callido conſilio inito Nau-
 ſicles exiit, & accurrens, Illa ipſa eſt Thisbe, magna uoce dicebat,
 qua priuatus fueram à perditis bubulcis, nunc autem eã tuo & de-
 orum beneficio recupero Mitrane. Tum apprehendebat Chari-
 cliam,

cliam, magnopereque se gaudere simulabat: & Charicliã, ut se Thisben esse fateretur, siquidẽ salua esse uellet, adhortabatur, submissẽ & Græcè illam alloquens, ut latèret id eos qui aderant. Successitque illi sophisma. Chariclia enim cū sensisset linguã græcam, & aliquid quod esset sibi profuturum à uiro agi coniectaretur, accommodabat se quoque & componebat ad scopum, & Mitrani interroganti quænam cognominaretur, Thisben se uocari fatebatur. Tunc accurrẽs ille, osculabatur diu Mitranis caput, & fortunam ipsius admirans, inflabat barbarum, quod cū alia multa præclare gessisset in bellis, tum præsentem expeditionẽ prosperè & foeliciter suscepisset. Ille autem inflatus laudibus, & simul rem ita se habere, ex nomine falso existimãs, etsi perculsus est forma quæ ex ueste, atque hac uirili, tanquam ex nube lunæ splendor relucebat: tamẽ cū leuitas mentis illius, fraudis celeritate cõprehensa & conclusa esset, & tempus poenitendi præreptum: Hanc igitur, inquit, cum tua sit, recuperatam ducito. & cum hoc dixisset, tradebat illi in manus, respiciens in illam continuè, & quod inuitus, ac propter præmiũ antè acceptum cederet de possessione puellæ, significans. Hic autem, qui cunctque tandem est (Theagenem innuens) sit nostrum spoliũ, et sequatur, custodia illi adhibita, mittendus Babylonem. Siquidem ea inest corpori dignitas, ut ad mensam regiã ministrare possit. His dictis, transmittebãt lacum, & separati à se inuicem, Nausicles quidem Chemmim, habẽs Charicliam, peruenit: Mitranes uerò, cum ad alios pagos suæ ditionis deflexisset, nulla mora interposita, Theagenem unã cum literis, ad Oroondatem, qui tum erat Memphi, emisit. Sic autem erat scriptũ in literis:

OROONDATI SATRAPAE, MITRANES PRAEFECTVS. Adolescentem Græcum, præstantiorem quàm ut sub meo degat imperio, & dignum qui in dei, regis maximi solius conspectu uersetur, & illi sit ab obsequijs, caput ad te transmissi, concedens tibi, ut tantum & tale donum herocommuni offeras, quale aula regia nec unquã antea uidit, nec potestea conspectura est. Hæc ille quidem per literas significauit. cæterum cum nondum dies exactè illuxisset, Calasiris cum Cnemone sperans se aliquid cogniturum quod ignoraret, ad Nausiclem uenit. Atque ita quærenti, quid confecisset? omnia Nausicles dicebat, quod uenisset ad insulam, quod desertam deprehendisset, quod primum nemo illi obuius fuisset, quod Mitranem fraude circumuenisset, quod quandam uirginem quæ apparuerat, tanquam Thisben accepisset: & quod melius illi successisset hanc nactò, quàm si illam inuenisset. Neque enim paruum discrimẽ esse, sed quantũ fieret in comparatione dei ad hominem. Adeò nullam esse præstantiam formæ, quæ illius pulchritudinem superet: neque se id exponere uerbis dignè posse, præsertim cū liceat præsentem demonstrare. Hæc ut audierunt, statim suspicari rem ipsam incipiebãt, & obnixè orabant,

rabant, ut quamprimum adesse puellam iuberet. Ineffabilem enim
 pulchritudinem Charicliæ esse cognoscebant. Sed postquam est
 adducta, & (cum incederet oculis in terram deiectis, & faciem usq[ue]
 ad supercilia uelaret) Nausicle ut bono animo esset adhortate, pau-
 lulum oculos sustulit, uiditq[ue] ac uisa est præter omnem spem & opi-
 nionem, repente ploratus ab omnibus simul sublatus est, & tan-
 quam ad unum signum aut plagam eandem eiulare cœperunt. Lice-
 batq[ue] audire ut plurimū eas uoces, ô pater, ô filia reuera Chariclia,
 non Thisbe Cnemonis. Nausicles autem præ stupore & penè obli-
 uione sui, obmutescibat, cū Calasirim amplexū Charicliam, lachry-
 mas non tenuisse intueretur: & quænam esset tanquam in scena a-
 gnitio mutua, ignoraret ac dubitaret: donec illum dissauitatus Ca-
 lasiris, allocutus est. Tibi quidem uir optime, dii tanta largiantur,
 quanta tuo desiderio et uoluntati satisfaciant. Seruator meæ filia
 nunq[ue] sperate extitisti, et effecisti ut fruam cōspectu mihi longè om-
 niū iucundissimo. Sed ô filia, ô Chariclia, ubi nam Theagenem reli-
 quisti? Ploratum sustulit ad interrogationē, & paruo spacio inter-
 misso: Comprehensum, inquit, captiuum ducit, quicumq[ue] tandem
 est, qui & me huic tradidit. Petebat igitur Calasiris à Nausicle,
 ut indicaret ea quæ de Theagene sciret, quis esset qui in illum impe-
 rium haberet, & quò illum captum duceret. Dicebat omnia Nausi-
 cles, cum intellexisset illos esse hos, de quibus sæpe cum illo senex
 collocutus fuerat, ijsq[ue] inquirendis oberrare ipsum in luctu sciebat.
 Addebat autem, nihil illis inde accessurū esse præter cognitionem,
 hominibus inopibus & egentibus: cum mirum sit futurum, si uel
 magna summa pecuniæ proposita inducat in animū Mitranes, ut
 dimittat adolescentem. Sunt nobis & pecuniæ (clām ad Calasi-
 rim Chariclia) & promitte summam quantamcunq[ue] uis. Monile,
 quod tute scis, asseruo, & mecum fero. Erectus igitur animo ad
 hæc Calasiris, cæterum metuens ne aliquam suspicionem rei, ut se-
 se habebat, caperet Nausicles, & eorum quæ Chariclia offerebat:
 Bone Nausicles, inquit, nunquam sapiens laborat inopia, sed fa-
 cultates uoluntate metitur: tantum accipiens à præstantioribus,
 quantum petere honestum esse iudicat. Quamobrem dic tantum
 ubi sit is, à quo detinetur Theagenes: si quidem diuina beneficentia
 nobis non deerit, sed suppeditabit quantum uoluerimus, ut auari-
 ciæ Persicæ hac ratione medeamur. Subrisit ad hæc Nausicles,
 & Tunc (inquit) efficies ut credam, te posse repente tanquam ex
 machinatione ditescere, si pro hac mihi prius precium quo redima-
 tur deposueris. Omnino autem scis, quod Persicum & mercatori-
 um genus perinde studeat opibus? Scio, dixit Calasiris, & habe-
 bis. Cæterum cur non cunctaris, & nedum nullum genus benefi-
 centiæ erga nos intermittis, sed etiam anticipas nostras petitiones,
 & restitutionem filiaë spontè ad probas ac denuncias? me autē pri-
 us precari

us precari oportet. Nihil inuideo, inquit Nausicles. Quin etiam A
 si ita uideatur, faciam enim rem diuinam, adesto sacris, & precare
 deos, & nobis quidem opes petito, tibi autem accipe. Ne ludas,
 neque sis tam incredulus, ad ipsum inquit Calasiris: sed incipe & in-
 strue sacrificium pro facultatibus, nos autem aderimus omnibus
 paratis. Faciebant ita: & paulopost à Nausicle quidam ueniens,
 uocabat ut properarent ad sacrificium. Illi autem (iam enim, quæ
 essent faciendæ, inter illos conuenerat) læti & alacres ibant: hi qui-
 dem unà cum Nausicle, & reliqua multitudine inuitatorum, publi-
 cum enim instruxerat sacrificium: Chariclia uero cū filia Nausiclis,
 & alijs mulieribus, quæ uarias consolationes adhibentes, & obser-
 crantes, uix illi ut unà irent persuaserant: & haud scio an unquam
 sibi persuaderi passa fuisset, nisi prætextu sacrificij defungi preci-
 bus pro Theagene cogitasset. Postquam igitur ad templum Mer-
 curij peruenerunt (huic enim sacrificium faciebat Nausicles, tanquã
 forensi & mercatorum præfidi, præ cæteris dijs ipsum colens et ue-
 nerans) & sacrificium fiebat, paululum exa Calasiris cõtemplatus,
 & uarium significari rerum futurarum euentum, iucundarum pa-
 riter ac tristium, mutationibus uultus declarans, inijcit manus alta-
 ri adhuc flagranti, & tanquã è pyra extraxisset ea quæ iam pridem
 ipse ferebat: Hoc tibi, inquit, premium redimendæ Charicliæ, ô
 Nausicles, dij per nos offerunt. & simul tradebat annulũ quendam B
 regiũ, eximiam rem & diuinam, quod ad circulũ attinet ex electo
 confectum, cæterum in pala amethysto Æthiopica relucens,
 tanta magnitudine, quantam oculus uirginalis circumscribit & oc-
 cupat: pulchritudine autem longè Ibericum & Britannicum supe-
 rante. Hic enim inertis, & cui nullus adest splendor, flore rubet: simi-
 lisque est rosæ, quæ primùm ex baccis in folia finditur, & tum radijs
 solis rubescere incipit. at amethystus Æthiopica ualde & ex pro-
 fundo rutilat. Quod si tenens illum circumuerfes, radium proijcit
 aureum, non obscurantem asperitate uisum, sed gratia & puritate
 singulari illustrantem. Atqui & uis ipsi inest genuina præ occiden-
 talibus. Neque enim falso sibi uendicat appellationem, sed uerè arcet
 ebrietatem ab eo à quo fertur, sobrium illum in cõuiujs retinens.
 Ac eiusmodi quidẽ est omnis Indica & Æthiopica amethystus: cæ-
 terum illa quam Nausicli offerebat Calasiris, longè uel has supera-
 bat. Pictura enim fuerat exornata, & ad imitationem animalium ex-
 culpta. Ac pictura quidem talis erat. Puer pascebat oves, non ad-
 modum editæ rupi circumspiciendi causa tanquam speculæ insi-
 stens, pasqua gregi obliquis tibix cantibus distribuens: illæ autem
 parebant, ut uidebatur, & ad signum ac præcentum fistulæ in pasti-
 one perseuerabant. Dixisset quispiam eas etiam aurea uellera habe-
 re, non arte id gratiæ addẽte, sed amethysto proprio rubore in ter-
 gis illarum rutilante. Depictæ erant & agnorum teneræ lasciuiæ:
 & quidam

& quidam gregatim cursu petram conscendentes, quidā circa pa-
 storem petulantius sese in orbem intorquētes, pastorale theatrum
 præcipitium repræsentabant: alij uerò in flamma amethysti tanquā
 in sole lasciuientes, saltibus extremarum unguularum petram rade-
 bant. Nonnulli autem ex ipsis recens nati, & ferociiores, etiam tran-
 silire uelle circulum uidebātur, cæterum ab arte prohiberi, auream
 palam illis, & rupi tanquam speluncam quandam circumdante. Er-
 rat autem rupes reuera, & non imitatio. Cum enim extremam par-
 tem lapidis ad hoc ipsum circumscripsisset artifex, ostendit natia
 ueritate id quod uolebat: superuacaneum esse existimans, lapidem
 in lapide fingere. Talis igitur erat annulus. Nausicles autem per-
 cussus nouitate rei, magis etiam delectatus præstantia, facultatibus
 suis omnibus precio lapidem respondere existimans: Ego quidem
 iudebam, dixit, bone Calasiri, & alioqui uerba tantum erant postu-
 latio precij ad redemptionem: scopus autem, ut tibi non redem-
 ptam filiam liberam dimitterem. Enimuero cum non reijciēda sint
 (ut dicitis) præstantia dona deorū, accipio hunc diuinitus missum
 lapidem, persuasum habens & hoc inuentum mihi uenire more so-
 lito, ab optimo & beneficentissimo in me Deo, qui tibi omnino do-
 num per ignem subministravit: unde & uidere est, eum flamma re-
 lucere. Et alioqui iudico lucrum esse pulcherrimū, quod cum nul-
 la iactura præbentis, ditiores efficit accipientem. His dictis, cum
 consummasset sacrificium, epulas cum alijs unā inijt: mulieribus se-
 orsim in interiori templi parte loco attributo, uiris autem in uesti-
 bulo collocatis. Postquam autem oblectationis ex cibis satietas il-
 los cepit, & poculis mensæ cedebant, uiri quidem Bacchum inuo-
 cabant, cum libatione & cantu usitato in ingressu in nauim, mulie-
 res autem ad hymnum in honorem Cereris cōpositum saltabant.
 Cæterum iam egregiè feruente computatione, & alio ad aliam ob-
 lectationem uerso, phiala sinceræ aquæ protensa Nausicles: Ti-
 bi o bone Calasiri, inquit, nymphis propinamus: tu uerò si uicissim
 nobis sermonibus, quorum desiderio tenemur, propinaueris, pul-
 cherrimis sanè, suauissimisq; poculis nos oblectaueris. Audis e-
 nim ut mulieres moræ causa, & remissionis à potatione, choream
 instituerint. Nobis uerò tuus error egregiè, si uolueris, conuiuium
 traduxerit, suauior omni chorea ac tibia futurus. Cuius narratio-
 nem cum antea sæpe, ut scis, distuleris, quoniam te casus tui obrue-
 bant ac demergebant, iā certè ad nullum tempus cōmodius, quàm
 præsens est, eam reseruare possis, quando ex liberis filia quidē sal-
 ua est & conspicitur, filius autem iam iam auxiliantibus dijs conspi-
 cietur, præsertim si me non affeceris molestia, iterum narrationem
 differens. At tibi plurima eueniant bona Nausicles, (ex illius ser-
 mone anfa arrepta, subiecit Cnemon) qui cum omne musicum in-
 strumentum ad conuiuium aduocarīs, illa quidem in præsentia ne-

gligis, & uilioribus concedis: cæterum arcanas res, & cum uoluptate quadam diuina temperatas, aues audire. Et mihi quidem uideris numinis uim & naturam optimè intelligere, qui Mercurium iuxta Bacchum colloces, & sermonum oblectationem potationi misceas. Quamobrem etsi reliquum sacrificij splendorem & apparatus iuste sum miratus, tamen haud scio an quisquam magis ulla ratione Mercurium placare possit, quam si narrationum illius in primis propriam symbolam in conuiuium cõferat. Parebat Calasiris, & cum Cnemoni gratificans, tum Nausiclem sibi propter ea quæ consecutura erant deuinciens, omnia dicebat: prima quidem, & quæ iam Cnemoni exposita fuerant, cõtrahens, & præcipua tantum quasi capita repetens; quædam autè sponte transgrediens, quæ Nausiclem scire, non esse operæ precium iudicabat. Porro ea quæ nondum erant narrata, & coherebant cum his quæ dicta fuerant, continuabat, inde inducto exordio: Ipsos, cum nauem onerariam Phœnicum cõscendissent, postquam Delphos effugerunt, primum nauigasse ex sententia, cum secundo uento etiam à tergo impellerentur. At cum ad Calydonium fretum peruenissent, non mediocriter turbatos esse, cum incidissent in mare natura inquietum acturbulentum. Cnemone autè ut neq; hoc prætermitteret petente, sed diceret, si quam causam commotionis illo in loco existens inuestigasset: Pelagus, inquit, Ionium, ex magna latitudine ibi in angustias redactum, & tanquam per ostium quoddam sese in sinum Crissæum infundens, & misceri cum mari Ægeo properans, ab Isthmo Pelopõnesiaco inhibetur ac retunditur: prouidentia numinis fortasse, ne ex aduerso sitam terrã eluuiione obruat, obiecto collo interclusum. Et cum inde, ut consentaneum est, refluxus existat, & circa hoc fretum magis quam in reliquo sinu cogatur & coarctetur, eo quod adhuc influit, in id quod recipitur sæpius incidente, bullitionem aqua efficit, & æstum feruentẽ excitat, ex multo concursu & collisione in fluctum cumulatũ. Quæ cum plausu & laudibus excepta essent, his qui aderant ueram esse causam contestantibus: Calasiris continuabat narrationem. Cum superassemus, dicens, fretum, & conspectum insularum acutarum amississemus, Zacynthiorum promontorium prospicere nos coniectabamur, tanquam obscuram quandam nubem in oculos nostros incurrentem: & gubernator uelum contrahere iubebat. Nobis autem percontantibus, quamobrem dissolueret & laxaret impetum, cum nauis secundum uentum haberet: Quoniam si secundis auris uela permiserimus, circa primam noctis uigiliam ad insulam appellemus: cum interim metuendum sit, ne in tenebris, in loca faxis latentibus magna ex parte plena, & prærupta impingamus. Consertum est igitur pernoctare in mari, et uentum celsim & leuiter excipere ea proportione, qua sufficere possit ut manè ad terram applicemus.

A temus. Hæc dixit quidem gubernator, cæterum non fiebant, Nau-
 sicles: sed unâ cum oriente sole, nos quoq; anchorâ demittebamus.
 Porro insulæ incolæ, qui habitabant circa portum, non procul di-
 stantem ab urbe, ad spectaculum nostri aduentus, tanquã nouum
 & inusitatum quippiam confluebant, admirantes (ut apparebat)
 habilitatem nauis onerariæ, ad pulchritudinem simul & altitudi-
 nem elaboratæ, Phœnicum industriam & artificij gloriam uel in-
 de cognosci dicentes: & quod incredibili & inusitata fortuna usi
 essemus, qui tranquillam nauigationem & secundam hyberno
 tempore, & iam occidentibus Pleiadibus confecissemus. Reliqui
 igitur omnes, cum adhuc funes religarentur, relicta nauis, ad ur-
 bem Zacynthum negociaturi currebãt. Ego uerò, audieram enim
 fortè à gubernatore, quod in insula essent hybernaturi, ibam qua-
 siturus alicubi diuersorium circa littus: nauem, quod esset inconue-
 niens nobis habitaculum futurum, propter turbã nauticã: urbem
 autem, quod parum tutum propter fugã iuuenum, deuitans. Cum
 igitur paululum progressus essem, uideo senem piscatorem, seden-
 tem pro foribus, & retis lacerati nexus reficientem. Accedens igitur
 propius: Salue, dicebam, uir optime, & dic ubinam diuerso-
 rium quispiam adipisci possit. Ille autem, Circa propinquum pro-
 montorium (inquit) in saxum latens pridie delatum, laceratum est.
 B Rursus ego: Hoc quidem cognoscere mea nihil interfuit: cæterum
 officiose feceris, & humaniter, si aut ipse me hospitio receperis, aut
 alterum demonstraris. At ille: Non ipse, inquit, neque enim unâ
 nauigabam (absit enim ut ita offendat, aut tantopere à senectu-
 te prematur Tyrrhenus) sed est puerorum culpa, qui inscitia saxo-
 rum sub mari latentium, ubi non oportebat, retia tetenderunt.
 Serò igitur tandem cum intellexissem, quod hebetiorem haberet
 auditum, alta uoce intonans, Saluere te iubeo, dicebam, et ut nobis
 hospitibus diuersorium ostendas oro. Sed & ipse uicissim, Sis sal-
 uus, respondit, & maneat si uis apud nos: nisi fortè es aliquis ex eo-
 rum numero, qui domos multis lectis exornatas inquirunt, aut fa-
 militij ac seruorum turbam secum adducunt. Ego uerò cum di-
 xissem, quod liberi mihi essent duo, & ego tertius: Grata est, inquit,
 proportio. Vno enim plures uos inuenietis. Etenim & mihi sunt
 duo filij conuictores (maiores autem natu, ductis uxoribus, sunt ip-
 si patres familiâs) & quarta nutrix infantum. Siquidem mater ipsis
 est non ita pridem mortua. Quamobrè optime, ne cuncteris, neq;
 dubites quin te simus læti & alacres excepturi, uirum etiam ex pri-
 mo colloquio generositatis specimen exhibentem. Faciebam ita,
 & non multo post cum Theagene & Chariclia me uenientem, lu-
 bens Tyrrhenus excipit, & partem calidiorem domus nobis attri-
 buit. Sanèq; non insuauiter hybernũ tempus initio transigebamus,
 dies quidem simul consumentes: seiunctim autem cum dormien-
 dum fuit,

dum fuit, cum nutrice quidem Chariclia: ego autem separatim & A
 Theagenes, Tyrrenus uerò in altero conclau cum suis liberis,
 requiescentes. Mensa nobis etiam communis apponebatur, alia
 quidem nobis præbentibus, Tyrreni uerò opsonia affatim ex
 mari iuuenibus suppeditante, cum partim ipse piscaretur, partim
 nos quoque interdum per ocium in captura adiuuaremus, quam ua-
 riam, & ad omne tempus accommodatam instruxerat. Et erat lo-
 cus iaciendis retibus idoneus, & piscosus, adeò ut plerique quod ca-
 piebat ex arte commodum, fortunæ beneuolentiæ referrent accep-
 tū. Sed haud fieri potuit, quin (ut dicitur) semel in foelices, non sem-
 per aduersa fortuna laborarent. Neque in solitudine turbis & mo-
 lestis caruit forma Charicliæ. Sed Tyrius ille mercator, uictor in
 Pythijs renunciatus, cum quo nauigaueramus, seorsim me conue-
 niens, sæpius mihi molestus erat, & dolorem afferebat, obsecrans,
 ac in matrimonium sibi dari tanquam à patre Charicliam petens:
 multa de se prædicans, & partim genus illustre exponens, partim
 præsentis opes enumerans, & hoc eadem quod illius propria possessio
 esset, quodque maiorem partem mercium præ cæteris possideret,
 quæ essent auri, lapidum multis talentis constantium, & serici. Nec
 paruum momentum ad accessionem splendoris & gloriæ, etiam
 uictoriam in Pythijs partam nominabat, & alia præter hæc multa.
 Me uerò præsentem inopiam prætendente, & id quod nunquam B
 in animum inducturus essem, ut in alia regione & gente habitanti,
 quæ tanto interuallo distet ab Aegypto, filiolum meum elocarem:
 Omittas hæc pater, dicebat. Dotem quidem me tulisse multorum
 talentorum, & uniuersarum opum, ipsam puellam arbitror. Gen-
 tem uerò & patriam uestram cum mea permutabo, deflectens à pro-
 posita nauigatione uersus Carthaginem: uobis autem me comitem,
 quò uolueritis, adiungens. Cum igitur uiderem Phœnicem non re-
 mittere, sed & uehementi calore, in ea uoluntate & proposito persi-
 stere, & diem nullum quin de hisdem mihi molestus esset intermit-
 tere, statui in præsentia rem blandis pollicitationibus differre, ne ali-
 quid per uim in insula pateremur: & omnia me facturum, cum uenisse-
 m in Aegyptum, pollicebar. Ita cum huc paululum remouissem,
 rursus fluctum (ut aiunt) supra fluctum numen aduoluit. Nam Tyr-
 rhenus non multis post diebus, cum me in littus quoddam flexuosum
 assumpsisset: O Calasiri, inquit, per Neptunum iuro, & alios ma-
 rinos deos, me, & te non secus ac si meus esses frater, & tuos liberos
 perinde atque meos ferre in oculis. Dicturus sum autem tibi negoci-
 um quod contra te struitur, molestum quidem & acerbum, cæte-
 rum quod & me reticere fas non est, cum hisdem lares fuerint mihi te
 cum communes: & tua scire omnino interest. Insidiatur hoc eadem Phœ-
 nicæ piratica officina, sub latere huius promontorii eos tegente &
 amplectente delitescens, & speculatoribus per uices egressum nauis
obser-

A obseruans. Quãobrem uide ut caueas, & cogites quid nam tibi faciundũ sit. Siquidem propter te, magis aut̃ propter filiam tuã, hoc tam crudele facinus, illis aut̃ usitatum, conceperunt. Ego aut̃ ad ipsum: Tibi quidẽ dĩ pro his dignas referant gratias: cæterum unde insidias deprehendisti Tyrrhene? At ille: Ex arte, inquit, uiris sum notus, & cum illis opsonia affero, maius precium q̃ ab alijs reporto. Itaq; heri cum nassas colligerem circa præcipitia, mecũ congressus archipirata, Num audisti quãdo Phœnices è portu sunt soluturi? quærebat. Ego autem cum intellexissem insidias sermonis, Certi quidẽ (inquit) quod dicam habeo nihil, Trachine: cæterum ineunte uere primũ illos soluturos puto. Igitur, inquit, & uirgo quæ apud te diuersatur, unã cum illis nauigabit? Incertum est quidem, dixi, uerũ cur tam curiose & anxie id scrutaris? Quod de pereo illam, ita ut uix sim compos mentis, cum semel tantum uiderim. Neq; me scio unquã incidisse in talem formam, præsertim cum multas & nõ deformes captiuas ceperim. Occultè igitur eum pertrahens eò, ut mihi totius consilij sui rationem explicaret: Quid igitur, inquebam, te opus est cõferere manus cum Phœnicibus: & non potius sine sanguine, & priusquam conscendant, adipisci ex eisdibus meis? Seruatur, inquit, & apud prædones conscientia erga notos, officij & humanitatis. Tua igitur causa parco, ne tibi earum res difficultatem & laborem pariat, cum à te hospites amissi repererentur: tum una op̃era duo maximè consequi uolo, opes nauis, & matrimonium uirginis. Quorũ altero omnino me frustrari necesse est, terra negocium aggredientem: & alioqui neq; tutum est, cum si quid eiusmodi accideret propè sita urbe, cõtinuò & factum sentiretur, & persecutio futura esset. Cum igitur eum multis modis ob prudentiam collaudassem, ab illo discedebam. Tibi uerò indicans insidias, quæ ab his struuntur piaculis, magnopere oro & obtestor, ut in id curam & cogitationem intendas, quo pacto te ipsum & tuos seruare possis. Discedebã tristis, cum hæc audissem, & uaria uersabã apud me consilia: donèc fortè casu mihi obuiã factus mercator, & de iisdem mecũ colloquens, ansam cuiusdã cõsilij præbuit. Occultans enim ex ijs quæ erant indicata à Tyrrheno, quæ uolebam, illam tantũ partem retegebam, quòd quidam indigenarum cogitaret rapere uirginẽ, cui resistere ipse & se opponere non posset. Ego autem tibi potius, inquebam, malle ipsam despõsare, tum propter notitiam quæ mihi tecum iam antea intercedit, tum propter opes tuas: & imprimis quòd te in nostra patria habiturum, si matrimonium consecutus fueris, antè promisisti. Quamobrem si id tibi omnino cordi est, properè hinc abnauigemus, priusquam anticipemur, aliquid uel per uim passi. Vehementer est delectatus, his auditis: &, Rectè pater, inquit: simulq; accedens caput osculabatur, & quærebat quando soluere iuberem? Et si enim

nondum tempestiua esset nauigatio, licere tamen in alium portum
 sese transferentibus, insidias quæ struuntur euitare, & aeris cōstan-
 tiam operiri. Igitur, inquebam, siquidem ualebit meū imperium,
 sub initiū noctis nauigare uelim. Et ille quidem sic futurum cum di-
 xisset, discedebat. Ego autem domum reuersus, Tyrrheno quidem
 nihil, liberis autem dicebam, quòd post crepusculum rursus holca-
 dem conscendere oportebit. His autem repentinum illud factum
 mirantibus, & causam quærentibus, distuli, postea me dicturum
 pollicens: nunc autem conducere ut ita fiat, dicebā. Cæterum post
 quam sumpta cœna modica in somnum lapsi sumus, in somnis mi-
 hi apparuit quidam senex, reliquo quidem corpore arefactus, ue-
 rum patellam supra genu, reliquias & uestigium proceri corporis
 in ætate uegeta exhibens, galerum in capite gerens, & sapientiam
 ac uersutiam aspectu declarans, & tanquam ex uulnere aliquo fe-
 mur claudicans post se trahens. Cum igitur ad me propius accessis-
 set, & minaci oris habitu subrisisset: O præclare, inquit, tu uerò nul-
 lam rationem nostri habuisti, sed solus ex omnibus quicumq; Ce-
 phalenen præternauigarūt, & nostram domum contemplati sunt,
 gloriamq; nostram cognoscere magni æstimarunt, adeò nos com-
 templisti, ut neq; uel hoc quod uulgare est, allocutus sis, præsertim
 in uicinia habitantē. Actu quidem horum non multo post lues pœ-
 nas, & senties eosdem casus & calamitates, quas ego sum expertus
 mari ac terra simul in hostes incidens. Virginem uerò quam ducis,
 meæ coniugis nomine alloquere: Salutat illam, quòd in primis co-
 lat & omnibus rebus anteferat castitatem, finemq; illi prosperum
 ac fœlicem annunciat. Proripui me, præ uisione tremens, & Thea-
 gene, Quid nam mihi accidisset, quærente: Propemodum (inque-
 bam) exitum nauis è portu negleximus: & expergiscens, ea cogita-
 tione sum perturbatus. Sed & ipse surge, ac tuas res collige. Chari-
 cliam autem ego accersam. Aderat filia, cum significassem. Tyrrhe-
 nus quoq; cum sensisset, surrexit, & de eo quod fieret inquirebat.
 At ego, id quod in præsentia fit, tuum consilium est, dicebam. Effu-
 gere conamur insidiatores. Te uerò dii saluum & incolumem con-
 seruent, qui optimi uiri officio erga nos functus es. Hanc autem da-
 nobis ultimam gratiam ac beneficium: Transmittens in Ithacam,
 sacrificia pro nobis Vlysi, & pete ut iram suā erga nos mitiget, qua
 se commotum esse, tanquam spretum & contemptum, cum nobis
 hac nocte apparuisset, significauit. Promittebat se ita facturum es-
 se, & usq; ad nauem deducebat, magnam uim lachrymarū profun-
 dens: & ut nobis nauigatio fœliciter, & ex animi sententia succede-
 ret, à Deo deprecans. Quid multis opus est? Cum primum lucifer
 illuxisset, in altum prouehabamur, initio quidem nautis magnope-
 re contradicentibus, ad extremum autem à Tyrio mercatore per-
 suasus, cum se fugere aduentum piratarū sibi prænunciatum dixis-
 set.

set. Et illum quidem latebat, quod uera diceret, cum figmento uti uoluisset. Nos autem uentis aduersis ac uiolentis usi, & tempestatem infestam, & fluctum ineffabilem experti, & eò propemodum ut non procul ab interitu abessent peruenientes, ad promontoriũ quoddam Creticum appulimus, altero clauo ammisso, & maxima parte antennarum contraeta. Visum est igitur, reficiendæ nauis causa, & nostrũ ipsorum recreandorum, dies aliquot in insula commorari, & his ita factis, nauigatio nobis iterum denunciabatur in primum diem Lunæ accensæ, post coniunctionem cum sole. Et prouecti in altum, spirantibus iam Zephyris uernis, ferebamur diem & noctem, gubernatore ad Africę terram holcadem dirigente. Dicebat enim, rectã, & continuo cursu, uento impellente, pelagus transmitti posse. Accelerare autem se, ut possit continentem attingere, aut portum. Piraticum enim esse acatium, quod ex puppi appareret. Nam postquam à Cretico promontorio soluimus, sequitur uestigijs nostris insistens, & nusquam declinãs persequitur nostram nauigationem, tanquam ex eodem cursu suspensum: deprehendiq; illud sæpius unã circumuehi, cum ego nauem ex industria à recto cursu deflecterem. Hæc cum dicta essent, quidam commoti sunt, & reliquos adhortabantur ut se ad defensionem appararent: quidam uerò negligebant. Solere, dicentes, in mari breuiores naues, magnas consequi, tanquam maiori experientia & certitudine uiam demonstrantes. Cum hæc adhuc in utramq; partem disputarentur, erat diei tempus, quo aratro bouem eximit agricola, & uentus iam ex nimio impetu languescebat: & paulo post remissus, inefficaciter & molliter in uela incidebat, concutiens magis quam promouens aut protrudens lintea. Ad extremum & in trãquillitatem subsedit, tãquam unã cum sole occidens, uel (ut uerius dicam) persequentibus inseruiens. Nam hi qui erant in acato, quamdiu impulsu uenti nauigabamus, longè à tergo nauis onerariæ, ut est consuetaneum, relinquebãtur, maioribus uelis plus uenti capientibus. ceterum postquam tranquillitas mare strauit, & necessitas remos aduocabat, celerius quàm dici potest superuenerunt, cum (ut existimo) omnes remigum officio fungerentur, leuicq; acatium, & ad remigium magis accommodatum impellerent. Cum autem iam in propinquo essent, exclamauit quidã ex Zacynthijs, qui nobiscum unã conscenderant: Hoc illud est, uiri, perijmus, piratica classis, agnosco Trachini acatum. Concussa est ad nuncium holcas, & in tranquillitate tempestate implebatur, tumultu, lamentis, & trãscursationibus incitata: alijs in concauas partes nauis subeuntibus, alijs sese ad pugnam in tabulatis adhortantibus, quibusdam descendendum esse in scapham & effugiendũ cęsentibus: donec interim dum cunctarentur, uel inuitos ipsos anticipans bellum sedauit & cohibuit, eo quod obuium fuit cuiq; armatos. Ego autem & Chariclia

amplexi

amplexi Theagenem, totum aestuantem & ardentem pugnandi stu- ^A
 dio, uix cohibuimus: Illa quidem, ut neq; in morte (ut dicebat) ab
 eo separaretur, sed uno gladio, & eodem uulnere communicatam
 cum illo calamitatem sustineret: ego uerò, postquam Trachinum
 esse qui adueniebat agnoui, aliquid quod esset in posterum profu-
 turum, prouidens. Quod & ita euenit. Cum enim appropinqua-
 sent piratae, & transuersim essent aduecti, periculū facientes, si quo
 modo incruenti holcadem occupare, & in suam potestatem redigē-
 re possent, tela non conijciebant, sed tantum circumnavigationibus
 orbicularibus, nusquam nauem progredi permittebant: deniq; ob-
 sidentibus erant similes, & ijs qui pactis ac deditioe nauem cape-
 re omnino cuperent. & O infaelices, dicebant, cur ita amentes e-
 stis, & contra uires adeò inuictas, & longè uestris superiores, ad-
 uersas manus tollentes, manifestum uobis interitū accersitis? Ad-
 huc humaniter uobiscum agimus. Permittimus ut scapham conscē-
 datis, & seruetis uos incolumes, si uelitis. Illi quidem hæc propo-
 nebāt. At ij qui erant in holcade, quamdiu prælio sine discrimine, et
 bello incruento decernebant, audaces erant, & neutiquam se excelsos
 esse dicebant. Sed postquam quidam ex piratis audacior, in-
 feliens, & gladio obuium quemq; feriens, cæde & morte bella geri-
 docuit: tū pœnitebat facti Phœnices, & procumbētes, ut ipsis par-
 cerent, quòd imperata facturi essent, orabant. Illi autem, quamuis
 „ iam cæde grassabantur, (conspectus enim sanguinis, irritatio & ex ^B
 „ citatio fit animi) tamen iussu Trachini præter omnem spem parce-
 „ bant procumbentibus: & erant induciæ atroces, & bellum re ipsa
 „ quidē crudelissimum: pacis autem falso & adulterino nomine dis-
 „ solutum, conditione prælio ipso grauiore proposita. Siquidem ut
 „ cum una tantum ueste naue excederent, pronunciabatur: & mors
 „ ei qui uiolasset, edicebatur. Sed est hominibus, ut uidetur, anima o-
 „ mnibus rebus preciosior: propter quam tum quoq; Phœnices, spe
 „ opum nauis spoliati, tanquam iacturam non fecissent, sed lucrum
 „ consecuturi essent, ut alius alio prius scapham conscenderet, accele-
 „ rabant: quilibet se in primis, & celerius quàm cæteros, superstitem
 „ esse magna contentione expetens. Postquam autem & nos decre-
 „ to obtemperantes aderamus, Trachinus erecta Charicia: Nihil ad
 „ te, inquit, pertinet hoc bellum charissima, sed propter te susceptū
 „ est. Et te iam pridem inde usq; ab eo tempore quo Zacynthum reli-
 „ quistis, sequor, tantum propter te & pelagus & periculum aggressus.
 „ Quamobrem omitte timorem, & ades animo, & scito te domi-
 „ nam omnium horum mecum esse futuram. Hæc ille quidem dice-
 „ bat. At illa (est enim prudentis consilij, temporis rationem con-
 „ siderare, & in bonum commodissimè uertere) industria singula-
 „ ri, & non nihil ex mea admonitione mœrore ob circumstantia ma-
 „ la uultu excusso, & ad uenustatē ac illecebras composito: At ego,
 „ inquit,

A Inquit, dijs ago gratias, qui hoc in animum tuum, ut lenius in nos
 statuas, inducunt. Quod si me uis omnino confidentem esse, & ma-
 nere, exhibe hanc primam significationem tuæ erga me beneuolen-
 tiæ: fratrem hunc meum & patrem serua, neq; iubeas illos nauem
 deserere. Nam his separatim, nulla ratio est quæ me in uita retinere
 queat, & simul hæc dicens, procumbebat ad illius genua, & diu te-
 nebat supplex, Trachino se amplexibus oblectante, & promissio-
 nem ex industria protrahente. Tandem cum & ob lachrymas in cõ-
 miserationem deduceretur, & uultu ad obsequendum mancipare
 tur, erecta uirgine: Fratrem quidem, inquit, dono tibi summa uo-
 luntate. Video enim adolescentem plenum fortitudinis, & qui rati-
 onibus nostris adiumento esse possit. Senex autem hic, inane pō-
 dus, in gratiam tuam tantum adsit. Hæc cum dicerentur & fierent,
 sol quidem, cum circuitu suo exactè ad occasum peruenisset, spaciũ
 inter diem & noctem interpositum, obscurum & opacum reddi-
 dit: mare autè repente, seu causa mutationis à tempore accepta, seu
 fortunæ alicuius uoluntate transmutatum commouebatur, & mur-
 mur descendens uenti exaudiebatur: flatusq; nimius ac uiolentus
 irruens, tumultu inopinato, & perturbatione piratas implebat, cū
 propriam acatū reliquissent, & in holcade in direptione merci-
 um deprehensi essent, & quò nam modo magnitudine nauis usuri
 essent ignorarent. Quælibet igitur nauigationis pars, à quouis ob-
 uio extempore & inconsultè tractabatur, & artem alius aliã quam
 nunquam didicerat, proprio Marte audacter aggrediebatur, qui-
 busdam uela tumultuariè & perturbatè remittentibus, alijs funes
 imperitè distribuentibus. Atq; aliquis imperitus proram fortieba-
 tur, alius puppim tenebat & colla. Præcipue igitur nos in ultimum
 periculum coniecit, non uis tempestatis (nondum enim prorsus
 fuerat commota) sed inscitia gubernatoris, qui restiterat quidem
 quamdiu luminaris diurni fulgor lucebat: sed ad extremum succu-
 buerat, cum tenebræ superassent. Itaq; cum iam mergerentur, &
 nō procul abesset quin deprimerentur, in initio quidã ex piratis cona-
 bantur in suam acatū transcendere: deinde represserunt sese, ex-
 cussi à proposito, tempestate: & Trachini cõsilio, qui persuadebat
 illos sexcentis nauigijs abundaturos, si holcadem, & opes quæ illa
 continerentur, integras retinerent. & ad extremum etiam funem,
 in quo pendeat, ab holcade abscidit, aliam tempestatem hanc ip-
 sos accersere affirmans, & simul securitati in posterum se prospice-
 re docēs. Suspectum enim esse, applicare aliquò cum utraq; naue:
 cum sit futurum omnino, ut de his qui in altera nauigassent, inqui-
 ratur. Videbaturq; probabilia dicere, & duabus in rebus uno fa-
 cto consilium suum probare: cum breuem remissionem sensissent,
 postquam acatū separauit: quamuis non omnino periculis libe-
 rati essent, sed fluctibus continuis sine intermissione iactarentur, et

multas nauis partes amisissent: deniq; omnem periculi speciem sustinerent, donec illa nocte uix elapsa, circa occasum consequentis diei ad littus quoddam iuxta ostium Nili, quod Heracleoticum appellatur, appulimus, & in terram Ægyptiam fortuito, & præter nostram uoluntatem infœlices descendimus: alij quidem læti, nos autem magno cum dolore, & mari salutis beneficium ut probrum obijcientes, quod nobis mortem omnis expertem iniuriæ inuidisset, & terræ formidabiliori, & expectationi tradidisset, nefario ac scelerato piratarum arbitrio expositos. Quod cernere licebat ex ijs, quæ cum nondum in terram propemodum descendissent, pericula aggrediebantur. Nam cum se Neptuno sacrificia gratiarum actionis ergò facturos dixissent, uinum Tyrium, et alia id genus ex nauì efferebant, quosdam ad pecudes in uicinis locis coemendas dimittebāt cum plurimo argento, datis mandatis, ut precium quod primum postularetur, soluerent. Postquam autem illi statim aderant, totum ouium & suum agentes gregem, & hi qui manserant, ijs receptis pyram succendebant, ac uictimis excoriatis conuiuium apparabant. Trachinus me seorsim, ut alij exaudire non possent, assumpto: O pater, inquit, filiam tuam despōdi mihi in uxorem: & nuptias, ut uides, celebraturus sum hodie, solennitatem suauissimam cum sacrificio deorum coniungens. Quam ob rem ne & tu ipse re antea non audita aliquid tristitiæ aut mœroris in conuiuio præ te feras: & filia à te edocta, læto animo accipiat id quod est futurum: statui tibi meam prædicere sententiam, non quod suffragio tuo confirmari illam uelim, siquidem non deest mihi potestas, despondens & obligans uoluntatem: sed quod alioqui faustum & decorum esse iudicem, si maiori assensu & alacritate sponsa se præparet, cum à parente nuptias præsciuerit. Collaudabam hæc ab illo dicta, gaudereq; me asimulabam, & gratias agere Deo quam maximas, qui dominum filiaë maritum designassent. Cumq; discissem paululum, ac animum intendissem in cogitationem eorum quæ facienda essent, reuersus obsecrabam, ut grauius celebrarentur ea quæ inchoata essent, & ut thalamum puellæ holcadem designaret, datis mandatis ne quisquam ingrediatur, aut molestus sit: ut etiam ornatus sponsæ conuenientis, ac reliqui cultus ac decoris cura in tempore suscipi possit. Etenim esset omnium absurdissimum, si ea quæ generis dignitate & opibus efferatur, & quod est maximum, Trachini coniunx sit futura, neq; his quibus licet comeretur: etiamsi nobis splendidiorē pompæ nuptialis apparatus, tempus & locus ademissent. Diffusus est gaudio, his auditis, Trachinus: & lubens se ita facturum promittebat, iussitq; ut statim omnibus quibus illis esset opus, exportatis, deinceps ad nauem non appropinquarent. Et hi quidem quæ fuerant imperata, faciebant: efferebant mensas, pocula, tapetes, aulæa, Sydoniarum manuum & Tyriarum

A Tyriarum opera, & alia quorum in instruendo conuiuio usus est: omnes deniq; profuse & sine ullo ordine in humeris exportabant opes, quas multi labores & frugales cumulauerant, eas profusi conuiuij petulantia tradente fortuna. Ego uero assumpto Theagene, cum ad Charicliam uenissem, & illam lachrymãtem inuenissem: O filia, inquam, hæc tibi iam sunt usitata, & nõ peregrina, attamen luges, & haud scio an eadem quæ prius, uel etiam aliquid noui. Illa autem: Omnia quidem, inquit: præ omnibus autem, ea quæ expecto, & mihi inuisam Trachini benevolentiam, quam consentaneum est illi rationem temporis intendere. Solent enim successus inopinati ad petulanter agendum prouocare. Cæterum Trachinus, & Trachini odiosus amor lugebit, qui à me anticipatione mortis euabitur. Mea aut de te, & de Theagene, cogitatio, si quidem me à uobis separari ante finem continget, ad luctum deduxit. Rem ipsam, inquam, coniectaris. Nam Trachinus in nuptias suas & tuas, post sacrificium, conuiuium transmutat, & mihi ut patri consilium exposuit, iampridem cognitam habenti illius erga te furibundam commotionem, ex his quæ mecum Tyrrenus in Zacyntho collocutus est: tacenti autem apud uos, ne ob impendentes calamitates animo ante tempus frangeremini, præsertim cum fieri potuerit ut insidias effugeremus. Ceterum o liberi, quoniam quò minus id fieret, Deus restitit, & in extrema pericula uenimus, age generosum & abruptum facinus aggressi, contra periculi summum incrementum eamus: aut re bene gesta præstaturi, ut nobis generose & liberè uiuere liceat: aut saltem id, ut castè & fortiter moriamur, in lucro posituri. Postquam autem se facturos esse quicquid iuberem promiserunt, & quid faciendum esset ego docui, illos quidem relinquo sese apparantes. Ad eum aut prædonem, qui secundas post Trachinũ tenebat, (uocatur autem Pelorus, ut opinor) cum uenissem, habere me quidpiam utile, quod cum illo cõmunicarem, dicebam. Cumq; ille promptè obtemperasset, & eò ubi nullus exauditurus esset, peruenisset: Audias, inquam, fili breuiter & compendiò: neq; enim angustia temporis prolixitatem orationis admittit. Amat te filia mea, siquidem ut à præstantiore uicta est. Suspiscatur autem, quòd archipirata cõuiuium nuptiarum causa apparet, nam eiusmodi quidpiam significauit, cum ut elegantius exornetur imperasset. Quamobrẽ uide, quomodo id discutere, & tibi potius filiam uendicare possis. Dicit enim se prius morituram esse, quàm nupturam Trachino. Tum ille: Esto fidenti animo. Nam cum iampridem et ipse perinde sim affectus animo, atq; puella, optabam me aditum aliquem ad rem, & occasionem nancisci posse. Itaq; aut sua sponte mihi sponsa Trachinus cedit, aut acerbis sentiet nuptias, ab hac dextra quæ conuenit passus. Recurrebam cum hæc audissem, ne aliqua oriretur suspicio: & ad liberos ueniens, confirmabam eos animo, consilium rectam te

nere uiam nunciās. Coenabamus paulo post. Tum ego, quādo iam
 madidos uino, & in petulantiam procliues uidebā, submissē ad Pe-
 lorum (sedebam autem proximē ipsum, dedita opera) Vidisti ne,
 inquebam, quo modo puella exornata est? Hoc uerō, Nequa-
 quam, dicente: Atqui licet, dixi, ipsam uidere, si clām perueneris
 ad nauem. scis enim, quōd & hoc Trachinus prohibuit, ipsam Dia-
 nam sedentem uidebis: sed ita, ut in praesentia moderatē aspicias, ne
 & tibi & ipsi mortem concilies. Ille autē nihil cunctatus, tanquam
 urgente aliquo necessario negocio, surgit, & clām incurrit in holca-
 dem. Cumq; uidisset Charicliam, coronam ex lauro capite gerentē,
 & auro intexta ueste refulgentem (siquidem sacra ueste Delphis a-
 sportata, amicta fuerat, tāquam aut uictorię ornamento, aut funeri
 parentationi futura) & alia circa ipsam exornata, & speciem thala-
 mi nuptialis referentia, incenditur (ut est consentaneum) spectacu-
 lo, cum simul desideriu ac æmulatio cōcurrissent. Eratq; manifestū
 indicium in uultu redeūtis, quōd infestum quidpiā & furibundum
 cogitaret. Siquidem cum uixdum accubuisset: Ego uerō, inquit,
 præmium, quod debetur ei qui primus nauem conscendit, quam-
 obrem non reporto? Quoniam, inquit, Trachinus, non postula-
 sti: sed ne diuisio quidem adhuc est proposita, eorū quæ capta sunt.
 Tum ille: Igitur uirginem captiuam mihi depono. At cum Tra-
 chinus, Præter ipsam quod uis accipe, dixisset: Pelorus sermonem
 excipiens, Dissoluis igitur, & abrogas piratarum legem, quæ ei qui
 primus nauem hostilem conscendit, & se pro omnibus certamini
 periculosissimo obtulit, electionem pro ipsius arbitrio tribuit. Nō
 hanc, inquit Trachinus, optime dissoluo, sed alterius legis authori-
 tate & patrociniō nitor, quæ ut præfectis cedatur imperat. Sanē af-
 fectus sum singulariter erga puellam, & accipio mihi illam in uxore:
 anteferri me tibi iustum esse pronuncio. Tu uerō nisi id quod lex
 imperat feceris, non multo post plorabis, percussus hoc poculo.
 Pelorus autem eos qui aderant intuitus: Videtis, inquit, quæ sint la-
 borū præmia? Sic & uestrūm quilibet aliquando præmio priuabi-
 tur. Quid igitur deinceps uidere licuit Nausicles? Mari comparaf-
 ses uiros repentino turbine concitatos: adeo cæcus quidam & stul-
 tus impetus, ad ineffabilem tumultum eos impellebat, uino simul
 & ira tanquam furore quodam correptos. Cum igitur alij in huius,
 alij in illius partes inclinassent, hi honorem & reuerentiam tribui
 præfecto, illi nō dissoluendam esse legem tumultuabantur. Ad ex-
 tremum Trachinus quidem intentabat ictum, tanquam poculum
 impacturus Peloro: at eum hic (erat enim instructus antea) præ-
 uertit, pugione mammam traiciens. Itaq; ille iacebat mortifero uul-
 nere accepto, inter reliquos autem atrox continuabatur bellum, &
 concurrentes sese feriebant, nihil omnino sibi parcentes: illi quidem
 tanquam præfectum ulciscentes, hi autem tanquam Pelorum iuste
 protegen-

A protegētes. Eratq; unus gemitus omnium, fustibus, lapidibus, po-
 culis, mensis, pulsantium & pulsatorum. Ego autem cum me lon-
 gissimè remouissem ac seiunxissem, in quodā tumultu spectaculum
 ab omni periculo uacuum mihi præbebam. Cæterum neq; Thea-
 genes erat expers belli, neq; Chariclia. Siquidem ea quæ constituta
 fuerant facientes, ille armatus gladio, alteri parti sese in itinere adiun-
 gebat socium, omnino furore afflati similis: hæc postquam commis-
 sum esse prælium uidit, è nauì iaculabatur, singulari certitudine sa-
 gittas dirigens, & tantum Theageni parcens. Iaculabatur autem
 non in unam prælii partem, sed quem in primis uiderat, eum consi-
 ciebat: cum ipsa non uideretur, sed hostes facile ad ignem conspi-
 caretur, & perlustraret: illis interea malum ignorantibus, & qui-
 busdam eiuias esse plagas suspicantibus: usquedū, cum alij cecidif-
 sent, solus Theagenes relictus est, cum Peloro singulari certamine
 dimicans, uiro ualde strenuo, & plurimis cædibus exercitato: cum
 ne Charicliæ quidem iaculatio prodesse quicquam posset amplius,
 dolentis quidem quòd auxilium non ferret, metuentis autem fru-
 strationem, cum iam cominus & consertis manibus prælium ini-
 rent. Verumtamen ad extremum non sustinuit illius impetum Pe-
 lorus. Postquam enim ad inopiã auxiliij re ipsa ferendi redacta Cha-
 riclia, sermonem auxiliarem Theageni ei iaculata est, Strenuus esto
 charissime, exclamans tum iam longè Pelorum superabat Theage-
 nes, tanquam robur & audaciam illi uoce subministrante ac suppe-
 ditante, & quod pugnae præmium superesset indicante. Nam ere-
 cto animo, multis uulneribus iam fracto & afflicto, insiluit in Pelo-
 rum, & gladio cæsim in caput deiecto, ab hoc quidem aberrauit,
 cum ille paululum ictum declinasset: cæterum summitate humeri
 præsecta, manum illi in commissura cubiti abscidit: & inde ille qui-
 dem uersus est in fugam, hic autem in sequebatur. De alijs, quæ
 hæc sunt consecuta, non habeo quòd dicam, nisi quod clam me re-
 uersus est, cum mansissem in tumultu, nec ausus essem noctu uersa-
 ri in loco hostili, sed minimè in scia Chariclia. Nam animaduerti,
 postquam dies illuxit, illum quidem non absimilem mortuo iace-
 re: hanc autem absidere, & plorare, & quòd se desuper confodere
 uellet declarare: ceterum parua spe quòd superstes mansurus esset,
 reprimere se, ac sustentare. At ego infœlix, nec alloqui prius po-
 tui, neq; rem cognoscere, neq; cōsolatione leuare calamitatē, nec ea
 quæ fieri potuissent curare, q̄ marina mala, terrestria nullo spacio
 interposito excepissent. Cū primùm enim, simulatq; diem cōspexi,
 è tumultu descenderē, prædonū Aegyptiorū manus, ex monte qui il-
 lac protēditur, ut uidebat, decurrebat: & iam ceperat adolescētes,
 ac paulo post abducebat, quæcūq; ferre poterat è nauì exportans.
 Ego autē ne quicquā è longinquo loquebar, meas & illorum deploro-
 rans fortunas, cū neq; defendere possem, neq; illis immisceri con-

fultum esse iudicarem, ad spem auxiliij me referuās. Enimuero per-
 durauī, & mansi superstes, tum quidem relictus, senectute quo mi-
 nus per ardua loca unā cum prædonibus decurrere possem impe-
 diente: nunc autem in inuentione filiæ, deorum clementia, & tua
 Nausicle beneuolentia usus, cum quidem ipse nihil ad id contulisset,
 sed luctus tantum solos & lamentationes affatim largiret. Ad
 hæc lachrymabat ipse, lachrymabant & ij qui aderant: denique in fle-
 tum cum uoluptate quadam temperatum, transmutatū fuerat con-
 uuiuium. (Vinum enim procliues quodammodo in lachrymas effi-
 cit.) usque dum Nausicles confirmans Calasiridem, O pater, inquit,
 tu uerò iam in posterum esto lætus, ac hilaris, quandoquidē filiam
 hanc recuperaueris: & ne non filium uideas, sola nocte prohibea-
 ris. Manē enim Mitranem conueniemus, et omni ratione liberare,
 & redimere optimum Theagenem conabimur. Vellem omni-
 no, dixit Calasiris. Nunc uerò tempus est dissoluendi conuiuii. Re-
 cordatio fiat numinis, & gratiarum actio pro liberatione, cum liba-
 tione coniungatur. Post hæc circumducebantur libationes, dis-
 soluebatur conuiuium: Calasiris autem Charicliam circumspicie-
 bat. Cumque transitum multitudinis obseruans, eam non inuenisset,
 serò tandem indicio cuiusdam mulierculæ, adytum ingressus, de-
 prendit uestigia simulachri amplexam: & cum orationis prolixi-
 tate, tum doloris accessione, in arctiorem somnum delapsam. Cum
 igitur paululum collachrymasset, & à Deo, ut eius rationes in me-
 lius uerteret, supplex petisset, paulatimque ipsam excitasset de som-
 no, ducebat ad conclaue erubescens, ut uidebatur, quod esset à
 somno uicta imprudens. Hæc igitur cū se in gynæceo seorsum cum
 filia Nausiclis ad somnum composuisset, uigilando uacabat curis,
 & cogitationibus, quæ illi incumbabant.

HELIODORI AETHIOPICO

rum, Liber sextus.



Alasiris autem, & Cnemon, cum in quadam par-
 te conclauis uirilis quieuissent, postquam reliquū
 noctis tardius quidem quàm uolebāt, celerius au-
 tem quàm existimabant, elapsum est: quod illius ma-
 xima pars super conuiuium, & narrationum pro-
 lixitate insatiabili conditam suauitate præterie-
 rat, neque exactum diem expectantes, ad Nausiclē ueniunt: & ut ex-
 poneret, ubi Theagenem degere arbitraretur, ac eò quamprimum
 duceret, orabant. Atque hic quidem illis morem gerebat, & secum
 sumptos ducebat. Chariclia uerò cum multis modis ut sequeretur
 oraret, manere coacta est: Nausicle, quod neque procul essent pro-
 gressuri, & quamprimū cum Theagene redituri, affirmante. Hanc
 igitur

igitur ibi relinquunt inter mœrorem propter illorum discessum, & lætitiã propter ea quæ sperabat fluctuantem. Ipsi uerò cum primum è pago egressi essent, & ripas Nili præterirent: crocodilum conspiciunt, qui à dextra parte in alteram reptabat, & alueum fluminis concitato impetu subibat. Alij igitur illo uiso, ut consueto minime mouebãtur, præterquàm quòd Calasiris impedimentũ quoddam in itinere futurum significari prædicebat: Cnemon autem uehementer etiã fuerat conspectu perterritus, quamuis non exactè illi animal apparuisset, sed umbra potius tenuis illũ subijisset: adeò ut parum abesset quin refugeret. Calasiris igitur, Nausicle in risum effuso, Cnemon (inquit) putabam ego te nocturnam tantum timiditatem infestare, atq; eam tibi ex strepitu obscuro, ac tenebris inuoluto accidere: tu uerò & interdium nimium es, ut uidetur, animosus: & non nomina tantum exaudita, sed iam etiam spectacula uulgaria, & cuius obuia, ac minimè metuenda, tibi terrorem incutiunt. Cuius autem dei, Nausicles inquit, aut numinis appellacionem audiens bonus hic, ferre non potest? Sanè si ex dijs alicuius, respondit, aut numinibus, non haberem quod dicerem: cæterum ad nomen hominis, quod magis est mirandum, neq; uiri cui spiam, aut eorum qui gloria fortitudinis sunt illustres, sed mulieris, & huius (ut ipse dicit) mortuæ, si quis illud commemoret, cohorrescit. Hac enim nocte qua uenisti à bubulcis, incolumem nobis adducens Charicliã, nescio quo pacto, aut unde, hoc de quo dico exaudito nomine, ne paululum quidem somni me capere permisit, cõtinuè præ metu emoriens: ut multum negotij habuerim, illo reuocando ad se, & reficiendo: & nisi illum dolore affecturus essem, aut perterrefacturus, & nunc dicerem Nausicles nomẽ, ut rideas magis. simulque Thisben commemorabat. Nausicles autem non amplius ridebat, sed contristatus est, cum audisset: & diu stetit cogitabundus, hæsitans & quærens apud animũ, qua de causa Cnemoni, aut quo commercio, aut quid à Thisbe accidisset. Tum uerò miros risus edidit, præ nimia lætitiã, Cnemon: &, O bone Calasiri, uides, dicebat, quanta sit huius nominis uis, & quòd non mihi tãtum est personæ instar ac terriculi, sed etiam Nausicli nostrò. Quin etiam planè mirificam affectus mutationem attulit, ego enim uicissim rideo, scio enim non amplius esse superstitem: generosus autem Nausicles, antea multo risu alijs illudebat. Desine, inquit Nausicles: satis enim nos ultus es Cnemon. Sed per hospitij & amicitie custodes deos, per sales & mensam, quæ in nostra domo experti estis, ut arbitror, summa uoluntate uobis exhibita, unde sit Thisbes nomen, siue scitis, siue me terretis, siue iocum in me composuistis, indicate. Calasiris autem: Tibi iam incumbit, inquit, narratio Cnemon, quam cum sapius mihi te expositurum promiseris, & communicaturum mecum de rationibus tuis, nihilominus tamen hæ-

ctenus

ctenus uarijs effugijs distuleris, opportunè in præsentia institues:
 Nausicli simul gratificans, & nobis molestiam itineris leuans, nar-
 rationeque amolians. Morem illis gerebat Cnemon, & narrabat
 omnia compendio, quæ antea Theageni & Charicliæ exposuerat:
 Quod illius patria Athenæ, quod pater Aristippus, quod Demæ-
 neta nouerca fuisset. Recensebatque nefandum amorem, quo illum
 Demæneta deperibat: & quod spe lapsa, insidias illi struxisset, mini-
 stra insidiarum Thisbe subornata. Addebat & modum, & quod
 pulsus esset in exilium è patria, populo tanquam parricidæ hæc pœ-
 nam irrogante: quodque illi in Aegina degenti, primùm Charias u-
 nus ex synephebis Demænetam esse mortuam, & modum mortis
 nunciasset, à Thisbe ipsi quoque structis insidijs: deinde Anticles,
 quod pater in calamitatem incidisset, facta bonorū publicatione,
 cum ij qui coniunctione sanguinis Demænetā attingebant, in dam-
 nationem illius coiuiissent, & populum in eam suspicionem, quod
 ipse cædem perpetrasset, adduxissent. Denique quo pacto Thisbe fu-
 gisset Athenis, cum amatore quodam, mercatore Naucratenfi. Ad
 extremum commemorabat Cnemon, quod cum Anticle ad inqui-
 sitionem Thisbes nauigans in Aegyptum, ut si fortè illam ibi inue-
 nisset, reducens Athenas, liberaret patrem calumnia, & de illa pœ-
 nas sumeret: cū in multa alia pericula incidisset, & uarios casus me-
 dio temporis interuallo fuisset expertus, etiam in piratarum pote-
 statem uenisset. Deinde, cum quodam modo effugisset, & ad Ae-
 gyptū rursus appulisset, à bubulcis captus fuerit, atque ibi cum Thea-
 gene Charicliæque familiaritatem inierit. Simul etiam Thisbes inte-
 ritum adtexebat, & reliqua deinceps ordine, usque ad ea quæ erant
 Calasiridi & Nausicli nota omnia. Quibus auditis, Nausicles sexcē-
 ta uersabat in animo cōsilia, nunc aperire suas & Thisbes rationes
 cogitans, & rursus differre statuens. Postremò uix sese continuit,
 partim ipse commodius esse iudicans, partim alio casu impeditus.
 Cum enim circiter sexaginta stadia fuissent emensi, & ad pagum in
 quo Mitranes habitabat, propius accederēt, cuidam qui fuit Nau-
 sicli notus fiunt obuiam, & quò contenderet tanto studio, roga-
 bant. Ille autem, ô Nausicles, inquit, quæris quò properem? tan-
 quam ignores, quid mihi in præsentia incumbat? A me omnia stu-
 dia ad unum diriguntur scopum, ut Iliadis Chemmitensis impera-
 ta faciam. Illi colo agrum, illius causa quæro & cōparo omnia, pro-
 pter illam noctes diesque insomnes duco, nihil omnino recusans
 (quanquam inde nihil præter multam, & laboris molestiā repor-
 tem) quod mihi imperarit, seu magnum, seu paruum fuerit, Ilias il-
 la. Et nunc accelero, auem quandam hanc, ut uides, Niloticā phœ-
 nicopterum charissimæ mandato ferens. Quàm facilem es, in-
 quit Nausicles, amasiam consecutus, & quàm exigua sunt illius im-
 peria, quod tibi phœnicopterum, & non ipsam phœnicem potius,
 quæ

A quæ auis ab Aethiopibus aut Indis huc ad nos peruenit, afferre iu-
 ferit. Et ille rursus: Illa quidem, inquit, more solito ex me meis
 que rationibus lusum facit. Ceterum quò uos incisis, & quam ob
 causam iter instituisstis? Postquam autem, quò ad Mitranē con-
 tendissent, responderunt: Inane est, inquit, & irritum uestrum stu-
 diū, quòd Mitranes in præsentia hic non sit, sed contra incolas Bes-
 sæ bubulcos hac nocte exercitum duxerit. Adolescentē enim quen-
 dam captiuum, quem illē Memphim ad Oroondatem miserat, ut
 inde (ut arbitror) ad regem magnum muneris loco perueniret,
 Bessaenses & eorum dux declaratus Thyamis, incursione facta ere-
 ptum detinent. Et ille quidem his dictis abibat: Mihi uerò ad Isia-
 dem est properandum, inquiens, quæ me nūc forsitan suis acribus
 oculis circumspicit, ne mihi aliquam offensam in amore mora &
 cunctatio afferat. Est autem nimium callida, in accusationibus etiā
 sine causa, & criminibus ac insimulationibus contra me fingendis.
 Illi uerò ut hæc audiuerunt, taciti & stupentes diu steterunt, quòd
 præter opinionem spe & expectatione sua frustrati essent. Donec
 serò tandem ipsos Nausicles reuocauit ad sese, & confirmauit, ad-
 monens, non oportere breuis frustrationis causa, & quæ ad tem-
 pus tantum acciderit, omnem spem & curam eorum quæ præ ma-
 nibus essent, abijcere: sed nunc quidem Chemmim redeundum
 esse, & cum consilium gerendæ rei capere, tum peregrinationem
 maiore uatico instructos, ad inquirendum Theagenem, siue a-
 pud bubulcos, siue apud alios quoscunque illum esse audiue-
 rint, suscipere: bona spe inuentionis ubique sibi proponenda.
 Nam neque nunc absq; numine & prouidentia deorum uideri fa-
 ctum esse, quod cum in quendam ex notis incidissent, ijs quæ nun-
 ciata sunt quasi manu ducantur eò, ubi Theagenē inquirere oport-
 tebit, iter ad bubulcorum pagum tanquam ad scopum dirigentes.
 Hæc cum dixisset, haud difficulter illis persuasit, simul (ut existimo)
 alia spe ex ijs quæ nunciata fuerant elucente: & Cnemone seorsim
 etiam Calasirim bono animo esse, quod Thyamis Theagenem ser-
 uaturus esset, iubente. Placuit igitur, ut redirent. Reuersi Chari-
 cliam in uestibulo deprehendunt, procul & in omnes regiones il-
 lorum causa circumspectantem. Cum uerò nusquā cum illis Thea-
 genem cerneret, lugubri ploratu edito: An soli, inquit, pater, &
 quemadmodum hinc existis, rursus reuertimini? Theagenes ue-
 rò proculdubio, ut conijcere licet, occubuit. Exponite, per deos o-
 rati, quamprimum si quid habetis, neq; augeatis mihi calamitatem
 nunciij dilatione. Cum humanitate quadam coniunctum est, festi-
 num aduersæ fortunæ indicium, ut quod animum ad resistendum
 magnitudini mali præparet & satietatem doloris cito afferat.
 Præcidens igitur eius mœrorem, admodum ægræ animo, Cnemō:
 Quæ malum est, inquit, ista consuetudo Chariclia? Procliuis es
 o quodam

quodammodo in augurium deteriorum, sed falforum utiq;: quae
 quidem in parte recte facis. Theagenes enim est, & dijs uolentibus
 manet incolumis: & quomodo, & apud quos, breuiter referebat.
 Calasiris autem: Apparet te nondum amorem expertum esse, Cne-
 mon, ex ijs quae locutus es, dicebat. Scires enim profecto, quod &
 » ea quae nihil habent periculi, formidolosa amatibus existunt: solis
 » que oculis, in ijs quae iucundissima & gratissima sunt, fidem habet.
 » Illorum uero absentia, metum iam & sollicitudinem in animabus
 » amore captis efficit. Porro in causa est, quod sibi persuaserunt uter
 que alteri charissimi, nunquam se relicturos esse, nisi illorum con-
 iunctioni aliquod triste obstet impedimentum. Quare mi Cnemon,
 Charicliae quidem ueniam damus, quae uere exacti amoris affectu
 laboret: ipsi uero ingressi ostium, de ijs quae sunt agenda, cogite-
 mus. His dictis, acceptam a manu Charicliam, cum quadam obser-
 uantia paterna in aedes introduxit. Nausicles autem recreare illos a
 curis uolens, atq; etiam aliquid aliud molies, conuiuium splendidius
 q̄ solebat instruxit, & solis cum filia symposium concessit, ut delica-
 tior & comptior solito appareret illam instruens, & sumptuosius
 exornans. Cum autem conuiuio satis esse oblectatos existimaret, i-
 ta ad illos est locutus: Mihi, inquit, hospites (dij sunt testes eo-
 rum quae a me dicentur) praesentia uestra est iucunda, etiam si hic
 apud me totum uelitis degere tempus, communi iure facultatum,
 & eorum quae mihi charissima sunt. Cumq; uos non in aduenarum
 hospitem loco, sed amicorum in posterum amantium mei, & uero-
 rum habeam, nihil erit mihi oneri quod in uos collatum fuerit. Quin
 etiam quamdiu uobis adfuero, paratus sum id si uelitis a necessa-
 rijs meis postulare, ut operam suam uobis & auxilium quibuscun-
 que in rebus possint, impertiantur. Ceterum haud dubie ipsi scitis,
 quod mihi ratio uitae ad mercaturam est instituta, & hanc artem colo
 & exerceo tanquam agrum. Cum itaq; iam Zephyri egregie flantes,
 ut navigationi mare pateat efficiant, et nauigandi comoditatem mer-
 catoribus promittant, me quoq; negocium tanquam praconium quod-
 dam ad peregrinationem in Graeciam euocat. Recte igitur feceritis, si
 mecum uicissim uestram sententiam comunicaueritis, ut & ipse ad sco-
 pum uobis propositum, meas rationes constituuere possim. Post haec
 dicta paululum quiescens Calasiris: O Nausicles, inquit, Tu quidem
 bonis aibus navigationem pares, Mercuriusq; lucrum praestans, & Ne-
 ptunus tranquillitatis effector, comites & deductores tibi adsint, te-
 que in omne pelagus latum & tranquillum deducant: omnem portum
 tutum, & omnem urbem accessu facile, & mercatorum studiosam effi-
 ciant: quod & praesentes nos tanta beneuolentia complexus es, &
 discedere uolentes dimittis hospitij & amicitiae leges exacte seruans.
 Nobis autem etsi graue & molestum est, a te & domo tua, quam ut
 nostram esse existimemus effecisti, separari: necessarium est tamen
 & irre-

A & irrefragabile, ad inquisitionem charissimorum omnino aggredi.
 Et hæc quidem mea est & Charicliæ sententia. Cnemō autem quid
 habeat in animo, & siue nobiscum unā oberrare, & gratificari no-
 bis, siue aliud quidpiam facere statuit, ipse dicat in præsentia. Vo-
 lens igitur ad hæc respondere Cnemon, & iamiam aliquid prolo-
 cuturus, singultiuit subito, & repente illi calidæ lachrymæ profu-
 sa, linguam obstruxere: donec sero tandem spiritu collecto, & ge-
 mitu edito: O fortunæ, inquit, humanæ omnis mutationis plena
 & instabilissima ratio, quantum malorum refluxum cum in alijs
 multis sæpius, tum in me declarasti. Genere & domo paterna
 me priuasti, patria & urbe quæ mihi est charissima extorrem e-
 gisti: ad Ægyptiam terram (ut multos intercapedinis casus tace-
 am) impigisti, prædonibus bubulcis tradidisti. Paululum qui-
 dem bonæ spei ostenderas, familiaritatem uirorum, etsi calamito-
 sorum, Græcorum tamen concilians: cum quibus ego me reli-
 quum tempus uitæ transacturum putabam. Sed & hanc, ut uide-
 tur, præcidis consolationem. Quo enim uertar? quid ue mihi
 faciendum est? An relinquam Charicliam, quæ nondum Thea-
 genem inuenit? Sed intolerandum o terra, & nefas factu est. An
 sequar, & unā inquiram? Siquidem certa est inuentio, præclarum
 est subire laborem spe foelicis exitus: sin inexplorata est futurorum
 ratio, & maior molestia nos excipiet, incertum est ubi tandem con-
 sistet, aut quem finem consequetur hic meus error. Quid si à uobis
 B & dijs amicitia præsidibus, ueniam deprecatus, nunc tandem in fa-
 miliam & patriam reditus mentionem faciam? præsertim cum oc-
 casio opportunè diuina prouidentia, ut uidetur, inciderit, & Nausi-
 cles hic (ut ait) in Græciam sit soluturus, ne uel interim si patri ali-
 quid acciderit, omnino successore orba & exheres domus relinqua-
 tur. Etenim, etiamsi in inopia uicturus sim, seruari tamen per me ali-
 quas reliquias generis honestum est, & propter se expetendum.
 Sed o Chariclia, tibi enim me præcipuè excusatum uelim, & à te ue-
 niam peto, ac deprecor, da mihi hoc beneficium: usq; ad bubulcos
 sequar, à Nausicle, ut parumper expectet, etsi nimium properet, im-
 petrans: ut si te fortè tradidero in manus Theageni, sedulus depo-
 siti custos fuisse declarer: bona quoq; spe futurarum rerum, cum
 bona conscientia factorum à uobis separer. Sin autem, quod absit,
 spe lapsi fuerimus, sic quoq; ueniam merear: neq; te solam tum re-
 linquens, sed adhibens tibi Calasirim hūc bonum & custodē & pa-
 trem. Chariclia uerò, & Cnemonem multis argumentis conijci-
 ens erga Nausicles filiam commotum esse: (acris enim est amans
 in deprehendendo eo, qui simili affectui succubuit) & Nausiclem
 exijs quæ ab eo dicta fuerant, ut affinitas cōtraheretur iampridem
 moliri, & Cnemonem uarijs illecebris allicere intelligens: simulq;
 ne conuenientem quidem itineri comitem, et suspicione uacantem

in posterum futurum Cnemonem existimans. Quemadmodum ^A
 lubet, inquit. Ac pro officijs quidem antea nobis praestitis, habeo
 tibi gratiam, & debere confiteor: quod autem ad consequens tem-
 pus attinet, non omnino incumbit necessitas, ut nostrarum rerum
 curam suscipias, & in aliena fortuna uel inuitus una pericliteris. Sed
 tu quidem Athenas tuas, & familiam, & domum tuam recuperes:
 Nausiclem hunc, & occasionem quae cum ipso offertur, neutiquam
 negligens & contemnens. Ego uero & Calasiris cum ijs quae acci-
 derint pugnabimus tamdiu, quoad finem erroris inuenerimus: e-
 33 tiam si nemo hominum adiuuet, deos comites nos habituros esse con-
 fidentes. Haec uerba Nausicles excipiens, Charicliae quidem, in-
 quit, ex animi sententia quae uult eueniant, & dii comites iuxta illius
 preces adsint, & propinquos recuperet, quando quidem tam excel-
 so animo, & prudentia singulari praedita est. Tu uero Cnemon,
 quod Thisben Athenas non reducas, non amplius a grege feras, pre-
 fertim cum me habeas, reum raptus illius, & clandestinae Athenis
 auentionis. Ille enim mercator, Naucratis, Thisbes amator, ego
 sum. Quod si tibi perinde atque mihi placebit, & pecuniae magnam
 copiam consequeris, & domum & patriam tuam recuperabis, re-
 ducente me: denique si uxorem ducere uolueris, hanc meam Nausi-
 cliam tibi coniungente, & maximam dotem addere: & illam, quod
 a te uicissim expectandum est, accepisse statuente, postquam ge- ^B
 33 nus & familiam tuam cognoui. Ad haec ne paululum quidem cun-
 33 ctatus Cnemon, sed quae optans antea & expetens non sperabat, ea
 quae promittis, simulque dexteram porrigenti, filiam Nausicles tra-
 debat, & despondebat: & hymenaeum cani a suis iubens, choream
 primus incipiebat, subitas nuptias ex praesenti conuiuio efficiens.
 Alij igitur in coetu reliquo erant, & hymenaeum non denunciatum,
 in thalamis cum saltationibus & cantu celebrabant, & nuptiali fa-
 ce tota nocte domus collucebat. Chariclia uero separata ab alijs,
 consuetum ingreditur conclaue, ac ostium claudens ac muniens, a
 nulloque se impeditum iri confidens, quasi furore quodam bacchico
 percita, capillos nihil omnino sibi parcens soluit & turbat, & ueste
 scissa: Age, inquit, & nos numini, quod res nostras sortitum est, qua
 postulat ratione choreas ducamus. Canamus illi ploratus, & lamem
 tis tripudiemus: tenebrae autem resonent, & nox obscura hac face
 terrae impacta, ijs quae agentur praesit. Quales enim etiam nostra
 causa porticus extruxit: quem uel thalamum nobis comparauit:
 Solam & orbatam sponso numen habet, quod me sibi uendicauit,
 eo inquam, hei mihi miserae, qui nomine tantum est sponsus. Cho-
 reas ducit Cnemon, coniugium contrahit: Theagenes uero errat,
 atque adeo captiuus fortassis & uinctus. Atque hic quidem esset be-
 nignioris fortunae casus, si modo maneret incolumis. Nausiclia nu-
 bit, &

bit, & à me disiuncta est, quæ usq; ad præteritam noctem una cuba-
 rat: Chariclia uerò & sola, & deserta. Nec offendimur illorum for-
 tuna, o dii & numina: quinetiam ut illis ex animi sententia succedat,
 optamus: sed nostris rationibus, quòd non æquè nobis hæc imper-
 tiamini. Sic hunc actum nostrum in immensum produxistis, ut ul-
 tra omnes scenas repræsentetur. Sed quid importunè de calamita-
 tibus diuinitus immisis queror? Perficiantur & reliqua, quò usq;
 diis placet. Sed o Theagenes, o sola mihi cura suaui: si quidè mor-
 tuus es, & hoc audiero, quòd utinam nunquam resciam, neq; ipsa
 differam, quin unà sim tecum futura. In præsentia uerò has tibi
 perago inferias (simul' que uellebat crines, & in lectum impone-
 bat) & has tibi desuper fundo libationes ex oculis, qui tibi chari
 sunt (moxq; humectabatur stratum lachrymis:) Sin manes incol-
 lumis, sicuti merito debes, huc ades, & unà requiesce, in somnis mi-
 hi apprens. Parce tamen tum quoq; mi Theagenes, & custodi cõ-
 nubiali lege tuam uirginem, neq; commercium ullum cum illa in
 somnis habeas. Ecce te & amplector, adesse te & me intueri existi-
 mans. Atq; hæc elocuta, deicit sese in lectum repentè pronam,
 & circumfusa hærebat in amplexu singultiens, atq; uehementius in-
 gemiscens: donec illam præ nimio dolore stupor et uertigo subiēs,
 & parti animæ intelligenti caliginem quandam offundens, clam in
 somnum deduxit, & ad diem usq; clari detinuit. Quamobrè Ca-
 lasiris mirans, et quòd nusquam præter consuetudinem appareret,
 inquirens, ad thalamum uenit, pulsansq; fores uehementius, & no-
 minatim continuè Charicliam compellans, excitauit è somno. Illa
 uerò subita uocatione turbata est, & eo habitu in quo deprehensa
 fuerat, ad ostium sese proripiens, uectem remouit, & ad ingressum
 senis fores aperuit. Ille uerò ut uidit capillos turbatos, & uestem
 scissam circa pectus, aspectumq; adhuc fluctuantem, causam intelle-
 xit. Cumq; illam ad lectum reduxisset, & collocatã exornasset, pal-
 liumq; illi imposuisset: Quid hæc malum, inquit, Chariclia? Cur
 tam grauiter & absq; modo te excrucias? Cur ita omni abiecta ra-
 tione succumbis casibus? In præsentia te non agnosco, quam sem-
 per generosam & modestam antea cognoui. An non ab hac ingen-
 ti amentia desines? An non cogitabis hominem te esse natam, rem
 instabilem, & leuibus momentis ad utramq; partem declinantem?
 Cur te ipsa interimis, ante spes fortasse meliores? Parce nobis na-
 ta, parce inquam, si non tua ipsius causa, saltem Theagenis, cui uita
 tecum tantum est optabilis, & te superstitè in lucro ponitur. Eru-
 buit his auditis Chariclia, maximè cum reputaret ea in quibus de-
 prehensa fuerat. Cumq; diu tacuisset, Calasiri responsionem flagi-
 tate: Veras quidem ob causas, inquit, obiurgas pater, sed tamen
 mihi fortasse cõdonãdas. Neq; enim me peruulgata, aut noua quæ-
 dam cupiditas ad hæc impulit miseram, sed purum & castum uiri

utiq; quanquā me non attigerit, desideriu: atq; hoc ipsum Theage
 nis, qui me moerore afficit, quod unā mecum non est: ac magis etiā
 terret, quod utrum uiuat, an non, scire non possim. Quod ad hāc
 rem attinet, bono animo esto, dicebat Calasiris, tāquam illo super-
 stite, & tecum unā uicturo, dijs annuentibus: si quidem oportet ijs
 quæ sunt de nobis oraculo prædicta, fidem habere: atq; etiam cre-
 dendum est ei, qui heri, quod à Thyamide cum Memphim duce-
 retur captus esset, nunciauit. Quod si captus est, haud dubiè quoq;
 seruatur incolumis, cum illi iam antea amicitia & familiaritas cum
 Thyamide intercedat. Quocirca non est cunctandum, sed prope-
 randum quantum fieri potest ad Bessam pagum, & inquirendi tibi
 quidem Theagenes, mihi uerò in super filius. Audiuisti enim o-
 mnino antea, filium meum esse Thyamidem. Tum Chariclia co-
 gitabunda: Siquidem, inquit, filius tibi est Thyamis, & est tuus, &
 non alterius cuiuspiam, & alius, nunc res nostræ in summum discri-
 men adducuntur. Mirante & causam querente Calasiri: Scis, in-
 quit, quod ueneram in potestatem bubulcorum captiua. Ibi igitur
 & Thyamidem impulerat in amorem mei infausta qua prædita es-
 se uideor forma: & periculum est, ne si inquirentes in eum incide-
 rimus, conspectam me, illam ipsam esse recordatus, nuptias quas a-
 liquando mihi ab illo propositas fallacijs eluseram, ad rem deduci
 cogat. Calasiris autem: Absit ut tanta sit uis cupiditatis, ut etiam
 paternum uultum conspectum audeat contemnere, & oculos pa-
 tris non reuereatur filius, & non reprimat si quæ est prauam cupi-
 ditatem. Sed tamē quid prohibet, quo minus aliquam machinam
 ad eludenda ea quæ tibi sunt formidabilia, excogites? Videris autē
 esse industria, & callida, ad excogitanda contra eos qui te adoriun-
 tur effugia, & dilationes. Exhilarata est his Chariclia, &, Siue se-
 riò dicis, inquit, siue iocaris, omittatur in præsentia. Ego uerò artē
 etiam prius cum Theagene compositam, à fortuna uerò præcisam,
 & nunc quod faustum foelixq; sit, introducam. Cum enim, ut fuge-
 remus ex insula bubulcorum, necessitas postularet, placuerat per-
 mutato habitu, pannosos, & ad mendicorum similitudinem, uersa-
 ri in pagis & urbibus. Quam ob rem si placet, fingamus hunc habi-
 tum, & mendicorum personam agamus. Sic & minus erimus ob-
 noxi insidiatorum iniurijs. Securitas enim inter eiusmodi tenui-
 tate comparatur: fereq; commiserationi propior est paupertas, q̄
 inuidiæ: & quotidie necessarium uictum facilius adipiscemur. Ete-
 nim in peregrina terra empturis ignorantibus loci cōsuetudinem,
 omnia carius uenduntur: mendicantibus uerò dantur facilius.
 Collaudabat hæc Calasiris, & quamprimum iter ingredi propera-
 bat. Itaque cum Nausidem & Cnemonem accessissent, & exitum
 cū illis cōmunicassent, perendie sunt egressi, (neq; iumētum ullū,
 etsi dabatur, neque hominem quenquam comitem sibi adesse pa-
 tientes)

A tientes) Nausicle & Cnemone deducente, & reliqua domus multi-
 tudine. Deducebat etiam Nausicia, multis modis patrem ut hoc
 illi concederet orans, spōsæ conuenientem pudorem amore erga
 Charicliam superāte. Ad quinq; autem ferè stadia progressi, uale-
 dicebant sibi inuicem ultimo, pro sexus ratione, & dextras iunge-
 bant. Cumq; magnam uim lachrymarum profudissent, & ut pro-
 sperè ac foeliciter à se inuicem separarentur precati essent; ac etiam
 Cnemon ueniam, quòd unà non iret, quòd recens illi thalamus coa-
 luisset, peteret; & quòd illos esset affecuturus occasionē nactus fin-
 geret, digressi sunt à se inuicem, hi quidem ad Chemmim: Chariclia
 uero' & Calasiris in mendicorum fictum habitum se transforma-
 runt, pannis sese, antea præparatis, uilibus admodum operientes.
 Postea uero' Chariclia & faciem conspurcauit, interfa fuligine &
 luto illito contaminans, & fasciæ conspurcatæ oram, desuper à frō-
 te demissam, circa oculos incompositè loco tegmenti iactari sinēs.
 Porro peram sub hala eo prætextu, tanquam buccellarum & uiatu-
 ci promptuarium esset: re ipsa uero' ad receptaculum sacrae uestis,
 Delphis asportata, & coronarum ac monumentorum cum illa à
 matre expositorum, indiciorumq; suspendens. Calasiris autē pha-
 retram quidem Charicliæ corrupto & inutili corio inuoluens, tan-
 quam onus aliquod aliud, transuersum in humeris ferebat: arcum
 uero' neruo laxato, postquam celerrimè ad rectitudinem rediit, lo-
 B co baculi sumpsit, totus illi, & magno onere incumbens. Et si for-
 tè se uenturum alicui obuiam præuiderat, dedita opera maiorem
 gibbum simulabat, quàm senium cogebat, & altero pede claudica-
 bat, à Chariclia interdum manu ductus. Postquam autem perso-
 na eiusmodi fuerat illis propè assimulata, ac effiēta, paucisq; scō-
 matibus sese petierunt, & alter alterius habitum ut conuenit ioco
 perstrinxit, à deo illorum rationes gubernante, ut mala ibi sisteret,
 & præteritis esset contentus, deprecati, ad Bessam pagum prope-
 rabant: ubi cum Theagenem & Thyamim se inuenturos fuisse spe-
 rauissent, optato euentu frustrati sunt. Propius enim ad Bessam cir-
 ca solis occubitus accedentes, ingentem stragem recens cęsorum
 hominum conspiciunt, plurimorum quidem Persarum, qui ex ha-
 bitu et armatura cognoscebantur, paucorum uero' quorundam e-
 tiam indigenarū. Et belli quidē esse repræsentationem coniectabā-
 tur, cæterum à quibus & cum quibus gesti ignorabāt. Donec circū-
 euntes cadauera, simulq; circumspicientes ne fortè aliquis ex pro-
 pinquis alicubi iaceret, (cum enim sint meticulosi & solliciti animi
 de ijs quæ charissima sunt, facile etiam acerbiora augurantur) inci-
 derunt in quandam uetulam mulierem, corpori cuiusdam indige-
 næ adhærentem, & multiplices edentem ploratus. Statuerunt igi-
 tur conari aliquid, si fieri posset, ex anu cognoscere. Et cum propi-
 us assedissent, principio quidem consolari & sedare illius uehemen-
 tem

tem luctum conabantur: deinde cum consolationem admitteret: A
 quem lugeret, & quod nam bellum esset gestum, percontabantur,
 Calasiride cum muliere Aegyptiaca lingua loquente. Illa autem
 dicebat omnia breuiter: Propter filium quidem iacentem se luge-
 re, & ex industria ad cadauera uenisse, ut aliquis armatus decurrens
 illam tollat e uita: interea uero iusta filio pro facultatibus, lachry-
 mantem, & lamentantem soluere. Quod ad bellum attinet, ita nar-
 rabat. Ducebatur quidam peregrinus adolescens, forma & proce-
 ritate excellens, ad Oroondantem regis magni principem Mem-
 phim. Missus autem fuerat, a Mitrane, ut existimo, excubiarum pre-
 fecto captus, tanquam maximum quoddam donum, ut ipsi aiunt.
 Hunc nostri ex hoc pago (ostendens in uicinia situm) aduenien-
 tes, cognoscere se, ut suum, siue reuera, siue praetextum fingentes,
 dicebant. Mitranes igitur cum haec audisset, ut est consentaneum,
 iratus, adduxit exercitum contra pagum, ante hoc biduum. Est au-
 tem bellicosissimum genus hominum in hoc pago, semperque pra-
 dando uitam agunt, & mortem despiciunt omnino, multasque pro-
 pterea sapius alias, & me in praesentia, uiris & filijs orbas reddide-
 runt. Postquam igitur aduentum illius certis argumentis cognoue-
 runt, occupant insidijs loca quaedam occultandis copijs idonea, et
 exceptos hostes uincunt: pars collatis signis, & a fronte prelium ine-
 untes, pars a tergo ex insidijs cum clamore incautos Persas adorti. B
 Cadit igitur inter primos Mitranes praelians, cadunt & reliqui pro-
 pemodum omnes cum eo, tanquam circumdati, & neque fugae pate-
 tem locum habentes: cadunt & nostri pauci. Ex quorum numero,
 graui & aspera numinis uoluntate, etiam filius meus hic est, qui ia-
 culo Persico, ut uidetis, in pectore uulnus accepit. Et nunc quidem
 misera hunc iacentem lugeo: deinceps autem eum qui mihi est reli-
 ctus, luctura uideor, quod & ille heri cum reliquis, contra Mem-
 phitarum urbem expeditionis fuerit socius. Quarebat & cau-
 sam expeditionis Calasiris. & anus, audiuisse se a filio superstite
 dicens, narrabat eos, cum militibus regijs caesis, & praefecto co-
 hortium magni Regis interfecto, scirent propter ea quae perpe-
 trassent, rem non in paruum, sed in ipsum de summa rerum di-
 scrimen illis desitura esse, Oroondate principe qui est Memphi ma-
 ximis copijs instructo, & quamprimum audisset, primo aduentu
 cincturo pagum, & interuicinatione eorum qui locum incolunt, iniu-
 riam uindicaturo: statuisse, quod semel se in periculum de summa
 rerum coniecissent, magnos ausus maioribus, si fieri possit, redime-
 re, & anteuertere Oroondatis apparatus: existimantes se cum in-
 opinato aduenerint, aut illum etiam sublaturus esse, si Memphi de-
 prehenderint: aut si absit, bello quodam (ut aiunt) Aethiopico nunc
 occupatus, et facilius urbem ad deditiorem compulsiuros, tanquam
 propugnatoribus desertam, et ipsos extra periculum in praesentia
 futuros:

A futuros: insuperq; Thyami suo præfecto egregiam nauaturos operam, & antistitiꝝ sacerdotium, quod iniuste à fratre natu minore per uim tenetur, cum illo recuperaturos esse. Sin spe frustrari illos acciderit, præliantes tamen occubituꝝ esse, neq; aliter uenturos in Persarum potestatem, & illorum cruciatibus & ludibrijs expositos fore. Cæterum hospites quò nunc ibitis? Ad pagum, dixit Calasiris. Illa uero: Non est tutum uobis, inquit, & intempestiue, & præterea ignotis, uersari inter eos qui relictis sunt. Sed si nos hospitio exceperis, inquit Calasiris, non desperamus nos securos fore. Verum temporis ratio non patitur, anus respondit. Si quidem nocturnas quasdam inferias agere constitui. Attamen si ferre potestis, necesse est autem fortasse, etiamsi nolitis, alicubi à cadauerib. seiuncti uacuo in loco, noctem transigatis. Diluculo uero, ego uobis me securitatis conciliatricem, hospitio exceptis, recipio fore. Hæc illa elocuta, Calasiris omnia Charicliæ exponens, & eam secum assumens, secessit. Cumq; paululum cadauera prætergressi essent, in quendam tumulum humilem incidunt. Ibi ille quidem recubuit, capiti pharetra supposita: Chariclia uero sedebat, peraloco sellæ subiecta, oriente tum primùm luna, & lumine suo illustrantè omnia: tertia enim dies post plenilunium fuerat. Et Calasiridem quidem, ut & alioqui senem, & itineris labore fessum, arctior somnus complectebatur: Chariclia uero præ curis quæ illam angebant, peruigilem noctem ducens, scenæ cuiusdam impiæ quidem & abominandæ, cæterum indigenis usitata, spectatrix fiebat. Anus enim uacationem se, ut à nullo neq; inturbari, neq; uideri posset, noctam esse existimans, primùm quidem fodit, postea rogum ex utraq; parte succedit, & medium inter utrumq; cadauer filij collocans, & craterem fictilem ex quodã tripodē qui iuxta aderat promens, mel in fossam infundebat, rursus autem ex altero lac, ex tertio porrò tanquam libationem faciebat: deniq; pistam quandam farinae massam, ad uiri similitudinem effictam, lauro & malathro siue bdellio coronatã, in fossam iniecit. Deinde gladio inter scuta sublato, tanquam furore quodam percita, multa ad lunam peregrinis auditu nominibus precata, brachium incidit, & lauri surculo sanguine absterfo, rogum conspergebat: aliaq; multa portenti similia præter hæc faciens, tandem ad cadauer filij inclinata, & quædam illi ad aurem accinens, excitauit, & subito consistere præstigiarum ui coegit. Chariclia uero, quæ neq; antea sine metu & formidine spectabat, tum quidem & cohorrui: & inusitato spectaculo prorsus consternata, Calasiridem de somno excitauit, & ut spectator esset eorum quæ fiebant effecit. Ipsi igitur ut in tenebris non conspiciabantur, conspiciabant uero ea quæ agebantur ad lucem & ad rogum facilius, atque ea quæ dicebantur, quod non procul aberant, exaudiebant, anu iam clarius etiam cadauer percontante. Erat aut

interrogatio hæc: An frater quidem illius, filius uero suus, super-
 stes, esset saluus rediturus? Illud autem nihil respondit, sed annuens
 tantum, & matri spem quandam successus ex animi sententia ambi-
 guè præbens, collapsum est subito, & iacebat pronum. Illa uero
 conuertit corpus, ut supinum iaceret, & non intermittebat quæ-
 stionem, sed uehementioribus coactionibus (ut uidetur) multa
 ad aures rursus accinens, & transiliens armata gladio, nunc ad
 rogam, nunc ad fossam, excitauit rursus, & erectum de iisdem re-
 bus interrogabat, non nutibus tantum, sed uoce etiam, uaticini-
 um manifestè & perspicuè indicare cogens. Interea uero multis
 modis Calasiridem orabat Chariclia, ut propius accedentes ad ea
 quæ fiebant, & ipsi inquirerent aliquid ab anu de Theagene. Ille au-
 tem recusabat, dicens, & spectaculum quidem impium esse, sed ta-
 men necessario à se tolerari. Non enim decere antistites, aut delecta-
 ri, aut adesse eiusmodi actionibus: sed his uaticinia ex sacrificijs le-
 gitimis & precationibus fieri, non ex impuris, & reuera circa terram
 & corpus mortuum errantibus: quale nunc Ægyptia petente ut ui-
 deremus, casus huius temporis attulit. Hæc illo adhuc dicente,
 cadauer tanquam ex angulo quodam, aut antro confragoso, gra-
 ue quiddam & asperum prorumpens: Ego quidem, inquit, initio
 tibi parcebam mater, & delinquentem te grauius in naturam hu-
 manam, & Parcarum leges uiolantem, atque ea quæ manere debent
 immota, præstigijs atque incantationibus mouentem, patiebar. Ser-
 uatur enim & apud mortuos erga parentes, quoad fieri potest, re-
 uerentia. Cæterum postquam & hanc tollis, & pergis non conten-
 ta nefanda & scelerata actione, quam initio es aggressa, in immen-
 sum nefandum hoc facinus producere, & non erigi tantum, & nu-
 tus dare, sed etiam loqui corpus mortuum cogis, sepulturam meam
 negligens, & uenire in cœtum reliquarum animarum prohibens,
 priuatæ necessitatis causa: audi iam ea, quæ iam pridem tibi indi-
 care uerebar. Neque filius tuus incolumis redibit: neque ipsa mortem,
 quam à gladio debes occumbere, effugies: sed quæ tuam uitam in
 tam nefandis actionibus consumpseris, uiolentam mortem desti-
 natam talibus omnibus, non ita multo post obibis: quæ non sola se-
 orsim, sed in conspectu etiam aliorum, hæc tam arcana & silentio oc-
 cultanda mysteria agere sis ausa, ac testibus his mortuorum enun-
 cias & prodis fortunæ: ex quibus alter est antistes. Et hoc quidem
 esset leuius. scit enim, quæ est eius sapientia, talia ne euulgentur, si-
 lentio apud se obsignata occultare: & alioqui dijs est charus, ac fi-
 lios suos in cruentum certamen armatos descendentes, & mono-
 machia dimicatueros, interuentu suo prohibebit, et rem componet,
 si quidem accelerauerit. Sed illud est multo grauius, quod & uirgo
 quædam, horum quæ hic circa me aguntur, est spectatrix, & exau-
 dit omnia: muliercula inquam amore concita, et omnem ut ita dicam
 terram,

A terram, amasij cuiusdam causa pererrans. Cum quo post infinitos labores, & sexcenta pericula, in extremis terræ terminis, tandem in præclara fortuna & regia uitam transiget. His dictis, illud quidem iacebat corruens. Anus uerò intelligens, hospites esse eos qui spectabant, quo fuerat habitu gladio armata, & furibunda ad ipsos contendit, & per omnes partes iacentium ferebatur, inter cadauera ipsos latitare suspicans; in animo autem habens interimere, si inuenisset, tanquam insidiatores, & eos qui speculatores illius præstigijs aduersi fuissent; donec dum incautius præ ira inter cadauera illos inquirere pergit, fragmento hastæ erecto per inguen traiecta est imprudens. Hæc igitur ita iacebat, uaticinium redditum à filio extemplò iustè implens.

HELIODORI ÆTHIOPICO,

rum Liber septimus.



B Alasiris autem & Chariclia cum proximè tantum discrimen essent, tum segregantes sese à præsentibus terroribus, tum etiam propter ea quæ uaticinio prædicta fuerant accelerantes, iter Memphim festinatò continuabant. Et quidem accedebant ad urbem, cum iam ea fierent, quæ mortuus, quæ euocauerat mater, prædixerat. Hi enim qui erant Memphi, paulo antè quæ aduenisset prædonum manū è Bessa ducēs Thyamis, portas clauerāt, milite quodā qui sub Mitrane meruisset, & ex prælio ad Bessam effugerat, aduentū illius præuidēte, & ijs qui erant in urbe prænunciante. Thyamis igitur circa quandā muri partem arma deponere imperans, simul quiete post cōtinuum laborem itineris reficiebat exercitum, & obsidionem urbis inchoare statuebat. Oppidani autem, qui prius metu magnarum copiarum aduentus cōsternati fuerant, cum paucos esse ex muris despicientes cognouissent, extemplò collectis sagittarijs & equitibus, qui pauci ad præsidium urbis relictī fuerant, & reliqua multitudine ciuiū armis quæ cuiq; casus obtulerat instructa, exire ex urbe, & cum hostibus prælium committere properabant: grandiore quodam & claro uiro contradicente, & docente, etiam si satrapam Oroondatem abesse contigisset, ad Æthiopicum bellum profectum, attamē ad Arsacem illius coniugem rem prius deferri conuenire, quod illius consensu milites qui in urbe reperirentur, facilius essent & promptius ad opem ferendam ciuitati, concursuri. Cumq; rectè dixisse uideretur, contenderunt omnes ad domicilia regia, in quibus absente rege satrapæ habitant. Arsace autem erat alioqui formosa & procera, et singulari industria in rebus administrandis prædita, atq; animo elato propter ortus sui nobilitatem; qualem extitisse in ea, quæ soror

magni regis nata esset, consentaneum est: cæterum propter uoluntatem illicitam ac dissolutam, in uita culpa & reprehensione non carebat. Inter cætera quoque & Thyamidi aliqua ex parte causa aliquando extiterat exilij, quo Mæphi cedere coactus est. Cum enim, simulatque Calasiris propter ea quæ illi diuinitus de filijs responsa fuerat, Mæphi clam emigrasset, ac nusquam compareret, atque etiã perisse putaretur: illicò Thyamis, tanquam filius natus maior, esset ad dignitatem antistitiij uocatus, & sacrificia in ingressu celebraret publice, cum incidisset in templo Isidis Arface, in adolescẽtem gratiosum, & ætate florentem, atque etiam in illa panegyri magis conspiciuum & exornatum, oculis illum petijt intemperantibus, & nutibus turpiorum rerum inuolucris. Quæ quidem Thyamis ne paululum quidem ad animum admittebat, cum natura ad temperantiam idoneus, tum à puero præclare institutus. Alioqui etiã ea quæ ab illa agebantur, longius fuerant petita, quàm ut ille suspicari posset: & fortassis aliter quodãmodo fieri existimabat, cum totus esset sacris rebus intentus. Cæterum frater Petosiris, qui & iam pridẽ illi antistitiij dignitatem inuideret, & illecebras Arfaces obseruasset, occasionem ad insidias fratri faciendas, illius illegitimam sollicitationem arripuit. Et Oroondantem clam accedens, indicauit non illius tantum cupiditatem, sed insuper, quod Thyamis iam cum illa pacisceretur: falso id adijciens. Ille autẽ facile sibi persuaderi passus est, propter suspicionem quam iam antea de Arface conceperat: ueruntamen molestus illi non fuit, tum quod manifestum argumentum, quo illam conuincere posset, non haberet: tum quod reuerentia generis regij, etiam si quid suspicabatur, tolerandum, & premendum esse putaret. Cæterum Thyamidi palam denunciare & minari mortem non prius destitit, quàm illum in exilium pepulit, & fratrem eius Petosiridem in antistitiij dignitate collocauit. Sed hæc quidem temporibus quæ præcesserant, acciderunt. Tum autẽ Arface, cum multitudo ad illius domicilia confluxisset, aduentumque hostium, quod & illa præferat, nunciaret, et ut imperaret conuenire milites qui essent, peteret: non ita se facile id permissuram dixit, cum nondum quantæ sint hostium copiar, aut qui sint hostes, aut unde, sciret: ad hæc, ne causam quidem, propter quam uenerint, cognouisset. Oportere igitur usque ad muros prius transcendere, & illinc omnibus rebus conspectis, alijsque insuper collectis, ad ea quæ fieri posse, & conducere uidebuntur, aggredi. Rectè dixisse uisa est: contenderuntque inde recta ad murum. Ibi cum tabernaculum purpureis, auroque intextis, intentum uelis, Arfaces iussu collocatum esset, ipsaque sumptuose exornata uenisset, pro tribunali editiori cõsistens, collocatis circa se satellitibus, in armis auro fulgentibus & caduceo prolato, tanquam colloquij pacificatorij symbolo, primos & præcipuos ex hostibus propius ad murum uenire iussit,

A iussit. Postquam autem Thyamis, & Theagenes electi à multitudine uenerunt, & sub muro constituerunt, reliquo corpore armati, cæterum aperto capite, præco hæc dicebat: Arface Oroondatis primi satrapæ uxor, soror autem magni regis, quærit ex uobis, qui sitis, quòue animo, & qua de causa huc uenire ausi. Illi autem, multitudinem quidem Bessaensium esse respõderunt. De se uerò Thyamis, quis esset, exposuit, & quod iniuria affectus à fratre Petosiride, ac Oroondate, & antistitio per insidias priuatus, in pristinã dignitatem à Bessaensibus reduceretur. Quod si sacerdotium recuperauerit, pacem esse, & Bessaenses domum reuersuros nullo omnino damno illato: sin minus, bello se iudici & armis rem committere statuisse. Meritò autẽ debere & Arfacem, si quid cogitet eorum quæ fieri oporteat, opportunè de Petosiride pœnas sumere, insidiarum sibi factarum, & criminum nefariorum, quorum cum falso illam apud Oroondatem insimulasset, & ipsi apud uirum illicitè turpisq; cupiditatis suspicionem, & sibi exilium è patria, dolo & insidijs, comparasset. Ad hæc perturbata est tota Memphitarum multitudo, cum & Thyamim cognoscerent, & inopinati illius exilij causam, quam initidò tum, cum pelleretur, ignorabant, ex his quæ dicta fuerant, suspicarentur, & ueram esse crederent. Arface autem omnium maximè perturbatione plena erat, & tanquam procella cogitationum undiquaq; premebatur. Nam ira cõtra Petosiridem inflammata, & ad eorum quæ iam pridem acciderant cogitationem animũ reuocans, quo pacto illum ulcisci posset, deliberabat: Thyamidem uerò aspiciẽs, & rursus Theagenem, distrahebatur animo, & alternis in cupiditatem erga utrumq; rapiebatur: erga alterum quidem, ueterem amorem renouans: erga alterum autem, acrioris adhuc & uehementioris initia flãmasq; concipiens: ut neq; circumstãtes latuerit illa animi anxietas, ac sollicitudo. Verumtamen cum se paruo spacio intermisso, non secus ac si qui ex morbo sacro redeunt ad sese, recepisset: Optimi, inquit, sanè uos ad bellum amentia quædam impulit, cum omnes Bessaenses, tum uos etiam florentes ætate & uenustos adolescentes, & bono genere natos, qui uos (ut animaduerto, & coniecturam facere licet) in manifestum discrimen pro prædonibus coniecistis: cum ne primum quidem impetum, si prælium sit committendum, sustinere possitis. Non enim eò angustia redactæ sunt Regis magni rationes, ut etiam si satrapã abesse contingat, non à reliquijs exercitus qui est in urbe, omnes uos cingi possitis. Sed nihil attinet, ut existimo, uulgus affligi: præstatq; cum priuata quorundam iniuria, aduentus sit causa, non publica, neq; communis, priuatim etiam controuersiam componere, & finem qui à dijs & æquitate illis designabitur, ratum habere. Equum igitur mihi esse uidetur, & impero, ut reliqui Memphitæ quieti sint, neq; sibi uicissim sine causa bellum inferant. Hi autem

quibus est de antistitio controuersia, singulari certamine dimicet, A
 ea conditione, ut uictori sacerdotium praemium proponatur.
 Haec cum Arface fuisset elocuta, omnes qui erant Memphi, exclamant,
 & ea quae dicta fuerant collaudabant: cum & Petosirim in
 suspicionem sceleratae uoluntatis & propositi uocarēt: & periculum
 ob oculos positum, & imminens, alieno se quisque certamine depul-
 lisse laetaretur. Multitudo uero Bessaensium, non utique decreto con-
 tenta esse, neque periculo exponere suum ducem uelle uidebatur,
 tādium, quoad illis Thyamis, ut assentiretur, persuasit, imbecillas ui-
 res Petosiris & inscitiam bellandi exponens: & quod longè melio-
 re conditione, propter peritiam, praelium ipse initurus esset, eos
 confirmans. Quod etiam, ut est uerisimile, Arface cogitans, singula-
 re certamen proposuerat: animaduertens fore, ut sine ulla suspicio-
 ne, id quod animo expetebat, ex illius sententia eueniret: & quod
 conueniente modo Petosiris illi daturus esset poenas, cum Thya-
 mide longè generosiore dimicās. Ibi cōspici potuit, uel dicto citius
 ea quae fuerant imperata perfici, cum Thyamis omni studio ad id
 quod denunciātū fuerat, properaret, ac reliquum armorū quod de-
 siderabatur ad iustam armaturā alacriter sumeret: Theagene quo-
 que multis modis illi animum addehente, & galeam capiti imponen-
 te egregie cristatam, & deaurato fulgore micantem, & reliqua ar-
 ma firmiter circumligante: Petosiris autem ui, prout imperatū fue-
 rat, extra portas truderetur, multa ad deprecandum certamen cla-
 mans, & arma inuitus & coactus capiens. Cum igitur illum con-
 spexisset Thyamis: Bone, inquit, Theagenes, an non uides, quā-
 topere praeter metu tremat Petosiris? Video, inquit. Ceterum
 quo modo ijs quae sunt praeter manibus, uteris? Neque enim simplex
 hostis, sed frater tibi obiectus est. Ille autem: Recte dicis, inquit,
 & proximè scopum meae mentis attigisti. Ego uero uincere, annu-
 ente deo, non iterficere decreui. Absit enim, ut tantopere ira & in-
 dignatio propter ea quae antea sum passus, in me efferuescat, ut
 cum sanguine fratris, & germani caede atque contaminatione uindictam
 iniuriae praeteritae, honorem autem futurum commutare ue-
 lim. Generosi hominis uerba sunt, inquit Theagenes, & naturae
 uim egregie intelligentis. Mihi uero quid ut obseruem imperas?
 Tum ille: Certamē quidem propositum nihil habet periculi, ita ut
 facile contemni possit: ueruntamen quoniam multa, atque ab opinio-
 ne hominum aliena saepius fortunae humanae uarietas efficit, si ui-
 ctor euasero, unā ingredieris urbem, & habitabis mecum equali iu-
 re: sin aliquid praeter spem acciderit, Bessaensium istorum, qui tibi
 magnopere fauent, dux eris, & praedonum uitam ages, donec ali-
 quem finem tuis rationibus dexteriore Deus ostenderit. His
 ita compositis, complectebantur se mutuò cum lachrymis & oscu-
 lis. Et hic quidem ibi quo fuerat habitu, sedebat, circumspiciens id
 quod

quod futurum erat: & Arfacæ præbebat, in scius ipse, occasionem uoluptatem capiendi ex suo spectaculo, undiquaque illum circumspicienti, & oculis tum cupiditate frui permittenti. Thyamis uero ad Petosiridem contendit. Cæterum ille non sustinuit eius aduentum: sed cum illum se commouisse uidisset, conuersus ad portam, recipere se in urbem uoluit. Sed nihil proficiebat, cum ab ijs qui ad portas stabant, reijceretur: & hi qui erant in muro, ad quam partem cursum direxisset, ne à quoquam reciperetur, adhortarentur. Fugiebat igitur quanta celeritate potuit, in circuitu urbis, iam & abiectis armis. Currebat autem unà quoque à tergo Theagenes, propter Thyamidem sollicitus, & non continens sese quin uideret omnia quæ fiebant: uerum non armatus, ne ueniret in suspicionem, quod Thyamidi esset opem laturus: sed ad eam partem muri ad quam confederat, in conspectu Arfaces, scutum & hastam deponens, & spectanda illi rursus pro se exhibens, sequebatur illorum cursum: neque adhuc Petosiride capto, neque longè præcurrente, sed iam iam comprehendendo simili, & tantum eatenus effugiente, quatenus consentaneum fuerat armatum Thyamim à tergo inermis relinqui. Semel igitur atque iterum ita decurrerunt circa murum. Sed quando tertium orbem conficiebant, iam hastam Thyamide dorso fratris intente, & manere nisi uulnus accipere mallet iubente: ciuitate autem, tanquam ex theatro, iudice & arbitra spectaculi constituta: tunc sane seu numen, seu fortuna quædam, gubernans res humanas, noua accessione tanquam in tragœdia auxit ea quæ agebantur, quali æmulatione quadam initium alterius fabulæ afferens: & Calasiridem die ac hora illa tanquam ex composito, socium cursus, & infelicem spectatorem certaminis liberorum de uita, constituit. Qui etsi multa perpeffus fuerat, & multa tentauerat, exilioque se & secessu in peregrinas terras multauerat, ut tam crudele spectaculum euitare posset: tamen fato uictus, uidere ea quæ illi iam pridem dii oraculo prædixerant, coactus est. Et è lōginquo cursum & insectationem prospiciens, ex ijs quæ illi sæpius prædicta fuerant, filios suos esse intellexit: intensiorique cursu, quàm alioqui ætas patiebatur, anteuertente illorum ultimam manuum consertionem conatus est, etiam uim faciens senectuti. Postquam igitur superuenit, & propius iam unà currebat: Quid malum hoc amentia est, filij? sæpius inelamabat. Illi autem cum nondum patris uultum agnoscerent, adhuc mendicorum pannis uestiti, & ipsorum animus totus esset in certamine, tanquam aliquem circulatorum, aut alioqui non satis mentis compotem præteribant. Ex ijs uero qui erant in muro, non nemo mirabatur, quod sibi non parceret, & inter digladiantes sese coniceret: aliqui uero tanquam amentem, & frustra sese mediū inferentem ridebant. Cū igitur senex intellexisset, se propter uilitatem habitus non agnoscere, deiecit pannos quibus desuper erat indutus, &

sacram

sacram comam cum non esset religata promisit, ac onere quod gerebat in humeris cum baculo quem habebat in manibus abiecto, ad supplices preces uersus, O filij, cum lachrymis prorupit: Eri ego sum Calasiris, en ego sum uester pater. Hic iam consistite: & furorem, qui malo fato exortus est, compescite, cum patrem & habeatis, & reuereri debeatis. Iam tum languebant, tantumque non collapsi, prouoluti sunt ad genua patris: et amplexi primum defixis oculis intuebantur, examinantes illius agnitionem: deinde postquam non spectrum esse, sed ipsum reuera cognouerunt, uarijs affectibus, & inter se contrarijs commouebantur. Laetabantur propter parentem, praeter spem superstitem conspectum: excruciabatur, & erubescibat propter actionem in qua deprehensi fuerat: & erat solliciti ob futurorum incertitudinem. Haec autem adhuc ijs qui erant in urbe mirantibus, & neque dicentibus quicquam, neque agentibus, uerum penes stupentibus praesciticia, & pictorum similibus ad solum spectaculum arreptis, alius actus obiter inferebatur fabulae. Chariclia uestigijs insequens Calasiridem, cum e longinquo cognouisset Theagenem (acris est enim in cognoscendo amantium aspectus, saepiusque motus tantum & habitus, quamuis e longinquo, aut etiam a tergo, similitudinis opinionem praebet) tanquam icta illius aspectu, furibunda ad ipsum fertur, & haerens in amplexu, e collo nulla uoce edita pendeat, lugubribusque quibusdam lamentis eum salutabat. Ille autem, ut est uerisimile, uultum squalidum, & ex industria contaminatum & pollutum uidens, & uestem uilem ac laceram, ueluti aliquam ex circulatricibus, & reuera uagabundam repellebat, ac reiecit: & ad extremum, cum non desisteret, tanquam sibi molestae, & spectaculum illud Calasiris impediens, etiam alapam infixit. Illa autem: o Pythie, submisit ad illum, neque faculae amplius recordaris? Tum Theagenes uerbo illo tanquam iaculo ictus, & ex constitutis inter illos tesserae faculam cognoscens, defixisque oculis contuitus, & obtutu Charicliae tanquam ex nubibus radio emicante illustratus, in collum inuadebat: postremo tota pars ad murum, in quo federat Arsace tumens, & non sine zelotypia iam Charicliam aspiciens, plena erat scenica quadam mirificaque representatione. Diruptum est nefarium bellum inter fratres: & certamen, quod cruentum fore putabatur, in comicum finem ex tragico desijt. Pater filios armatos contra sese, singulari certamine dimicantes conspicatus, qui eo discriminis uenerat, ut penes oculis parentis infaelix mors liberorum subijceretur, ipse pacis fiebat arbiter. Qui effugere quidem fatorum necessitatem non poterat: caeterum temporis ad ea quae definita fuerant ueniens, fortunae successu usus uidebatur. Filij parentem post decennalem erroris intercapedinem recuperabant, & eum qui fuerat causa propemodum cruenta propter antistitiu seditionis, ipsi paulo post coronabant, sacerdotisque insignis

A insignijs ornatum deducebant. Inter omnia uerò amatoria pars fa-
 bulæ, Chariclia atq; Theagenes, formosi & uenusti iuuenes, cum
 præter omnem spem & opinionem se recuperassent, uigebat: &
 magis quàm cætera, urbem ad spectaculum sui conuertebat. Effu-
 sa namq; fuerat per portas, & patentem campum frequentia cuius-
 libet ætatis impleuerat: parte ciuitatis pubere, & uirilem ætatem
 tum primùm attingente, accurren- te ad Theagenē: ad Thyamidem
 uerò, florentis ætatis, & exacta maturitate uiros constituentis, atq;
 etiam per ætatem Thyamim cognoscentis. Porro uirginea urbis
 portio de sponso iam cogitans, ad Charicliam adhærescebat. Seni-
 le autem & sacrum genus totum stipabat Calasiridem. Atq; ita pō-
 pa quædam sacra repentē constiterat, cum Thyamis Bessaenses re-
 misisset, gratiasq; illis pro nauata sibi cupidē opera egisset: boues
 cētum, mille uerò oues, & singulis decem drachmas paulo pōst ad
 plenilunium se missurum promittēs: collum uerò manibus patris
 subijceret, & itineris molestiam leuaret, incessumq; senis præ inspe-
 rato gaudio sensim languēfactum ac dissolutum, suffulciret & sustē-
 taret. Faciebat uerò idem ex altera parte Petosiris, & cum facibus
 æcensis deducebatur in templum Iſidis senex, plausu & gratulatio-
 nibus stipatus, multis simul fistulis & tibijs sacris resonantibus, &
 ad tripudia feruentem & uegetam ætatem exuscitantibus. Por-
 rō nec Arface à tergo relinquebat ea quæ fiebant: sed suam quoq;
 B cateruam & comitatum, seorsim magno cum fastu ostentās seque-
 batur: multumq; auri in templum Iſidis imposuit, eo quidem præ-
 textu, quod exēplum reliquæ urbis imitaretur: ex solo uerò Thea-
 gene suspendens oculos, & præ cæteris illius cōspectu perfruens,
 nec tamen sincero erga illum studio se oblectāns. Porro cum Cha-
 ricliam Theagenes manu tenens duceret, turbamq; confertam re-
 moueret, acrem quendam zelotypiæ stimulum Arfacæ infixit.
 At Calasiris, ut ingressus est interiorem templi partem, procidit in
 faciem, & cum uestigijs simulachri incubaret, multoq; tempore i-
 ta maneret, parum aberat quin moreretur. Reuocantibus autem
 eum ad sese circumstantibus, uix consurgens, cum libasset deæ, uo-
 tāq; nuncupasset, demens suo capiti sacerdotij coronam, filiū Thy-
 amidem coronabat, se iam senem esse, ad multitudinem dicens, & a-
 lioqui sibi imminere mortem prospicere: filio uero maiori natu, &
 deberi insignia antistitiij, lege, & illum satis habere dotum animi &
 corporis ad sacerdotij munia obeunda. Cum ad hæc populus ex-
 clamasset, seq; approbare laudibus & præconijs significasset, ipse
 tēpli quandā partem occupās, quæ antistitibus est attributa, filios
 unā secū habens, & Theagenē, ibi māsit. Reliqui uerò in suam quis-
 que domū discedebāt. Discedebat & Arface, uix quidē, & sæpius
 reuertens, quasiq; maiori obseruantia circa deam immorans: uerū-
 tamen discedebat aliquādo, identidem sese ad Theagenem quam-
 q diu li/

diu licuit, conuertens. Postquam igitur in regiam aulam est in-
 gressa, recta ad thalamum ibat, & deiciens sese in lectum, eo habi-
 tu quo fuerat iacebat, nulla uoce edita: muliercula alioqui procli-
 uis in libidinem, tum uero praecipue, conspectu formae Theagenis
 excellentis, & reliquas omnes quascunq; antea cognouerat superā
 tis, inflammata. Iacebat igitur tota nocte, subinde in alterum latus
 corpus obuertens, identidemq; uehementius ingemiscens, nunc se
 erigens, nunc in strato labans, & magna ex parte ueste sese nudans,
 & rursus repente in lectum corruens. Aliquando & ancilla uocata
 sine causa, nihil dans mandatorum, iterum eam ablegabat. Deniq;
 in furorem illā inscijs omnibus in posterum egisset amor, nisi quae-
 dam anus, nomine Cybele, custos cubilis, & rerum uenerariū Ar-
 faces ministra, incurrisset in thalamū: neq; enim illa clam erat quie-
 quam eorum quae fiebant, tanquam lucente candela, & flammam
 Arfaces amori addente: Quid haec malum, domina? inquiens.
 Num quis te nouus aut inusitatus affectus excruciat? Cuius nam
 conspectus meam turbat alumnam? Quis est adeo insolens, atque
 amens, qui tanta tua forma non capiatur, neq; foelicitatem ducat et
 se singularem, tuam ueneriam consuetudinem, sed nutum tuum et
 uoluntatem contemnat? Expone mihi tantum, suauiissima filiola.
 Nemo est adeo adamantinus, quin nostris capi possit blanditijs &
 illecebris. Expone quamprimum, & non frustraberis successu ex-
 animi sententia. Re ipsa uero saepius, ut existimo, id ipsum experta
 es. Ista quidem haec, & alia horum similia accinebat, multum pe-
 dibus Arfaces abblandiens, & uarijs adulationibus ab illa confes-
 sionem affectus flagitans. Illa autem cum paululum quieuisset:
 Accepi uulnus, inquit, mater, quantum antea nunquam: cumq; mul-
 tis beneficijs, & saepe sim a te in similibus casibus affecta, haud scio
 an nunc sis eadem foelicitate rem gestura. Bellum enim quod ad mu-
 ros hodie propemodum commissum fuerat, alijs quidem incruen-
 tum fuit, & in pacem desijt: mihi uero initium uerioris belli, & uul-
 nus non partis tantum alicuius, aut membri, sed etiam ipsius animae
 extitit: cum peregrinū illum adolescētem, qui iuxta Thyamim sub
 monomachiae tempus currebat in foeliciter mihi ostendisset. Scis
 omnino mater quem dicam. Neq; enim paruo interuallo, reliquo-
 rum formam sua, tanquam fulgore quodam obruebat: adeo ut ne-
 que agrestem quenquam, & prorsus ab amore pulchritudinis alie-
 num id latuerit, nedum tuam multiplicem sapientiam latere possit.
 Quamobrem charissima, cum uulnus meum cognoueris, tempus
 est ut omnem admoueas machinam, omnem anilem fascino, &
 blanditias, si quidem tuam alumnam superstitem esse uolueris. Ne
 que enim est ulla ratio quae me possit in uita retinere, nisi omnino
 illo potita fuero. Noui, inquit anus, adolecentem, lato fuit pe-
 ctore, & latis humeris, collo erecto & ingenuo supra caeteros emi-
 nens,

A nens, & ut uno uerbo tanquam fastigio rem absoluam, omnes superans. Igne micantes habens oculos, amanter & seuerè simul aspiciens. Ille, qui omnino delicatè capillum nutrit, & genas nunc primum flaua lanugine uestit: ad quem muliercula quædam peregrina, non deformis quidem, sed insigniter impudens, ut uidebatur, subito accurrens, annata illi est, & circumfusa ex illo dependebat. An non hunc dicis hera? Hunc, inquit, mater. Rectè enim mihi & insignè in memoriam reduxisti, os illud impurum et sceleratum, cui forma longo tempore domi asseruata, quotidiana tamen & fucata animos attollit: attamen me longè foelicior est, quæ eiusmodi nacta sit amasium. Ad hæc leuiter arridens anus: Adesto animo, & omitte sollicitudinem, inquit, hera: ad hodiernum diem illa est à peregrino formosa habita. si uerò effecero, ut te & tua forma potia tur, aurea (ut aiunt) cum æreis permutabit, illa meretricula petulante, & frustra sese iactante, cõtempta. Siquidè ita facies, Cybelion charissima, duorum pro uno morborum eris mihi curatrix, amoris & zelotypiæ: illo quidem implens, hac uerò liberans. At illa: Hoc meæ curæ cogitationiq; incumbet. tuum est autem ut te reuocet, & in præsentia quiescas, neq; despondeas animum, antequam ad rem aggrediamur: sed bona spe te sustentet. Hæc dixit, & ablato lychno, atq; conclusis thalami foribus abiit. Cum autem uixdum diem sensisset, uno ex regijs eunuchis assumpto, præterea pedissequa unà cum placentulis, & alijs rebus ad sacrificiũ destinatis subsequi iussa, ad templum Isidis properabat. Postquam stetit pro foribus, sacrificium se deæ facturam dicens pro domina Arface, quibusdam insomnijs territa, & placare uisa uolente, quidam ex ædituis prohibebat, & ablegabat, mœstitiæ plenum esse templum referens. Antistitem enim Calasridem, cum post longum tempus domum redisset, conuiuatum esse lautius, unà cum charissimis sub uesperâ, & usum esse remississimo ad omnem hilaritatẽ ac delectationem animo. Post conuiuium autem libasse, & multum supplicasse deæ: cumq; filijs dixisset, quod hæctenus essent uisuri patrem, dedissetq; mandata de iuuenibus Grecis qui cum eo uenerunt, ut illis diligentissimè prospicerent, & quibus in rebus opem implorarent, pro uirili adiumento essent, cubitum se contulisse. Deinde seu propter gaudijs magnitudinem, meatibus spirituum ultra modum solutis & laxatis, tanquam senio confecto corpore, subito uiribus destituito: seu dijs, à quibus hoc petierat, illi præbentibus: circa gallicinium cognitum esse mortuum, filijs propter ea quæ illis prædixerat pater, tota nocte in illius obseruatione intentis. Et nunc, inquit, misimus nuncios, accersituros ex urbe reliquum pontificium & sacerdotale genus, ut illi iusta funebria secundum legem patriæ persoluant. Discedendum est igitur uobis. Neq; enim fas est cuiquam ingredi templũ, nedum mactare quicquam, per hos totos septem

dies, præter hos qui sacerdotio funguntur. Quomodo itaq; hospi-
 tes hoc tempus traducent: quærebat Cybele. Tum ille: Habitaculum illis extra templū adornari iussit nouus antistes Thyamis:
 & ut uides, isti ipsi cedunt, dum legi obtēperant, in præsentia è tem-
 plo emigrantes. Cybele igitur occasionem, quasi ad rapinam, &
 initium aucupij accommodans: Quamobrem, inquit, æditue deo-
 rum amantissime, opportunè poteris & hospites & nos beneficio
 afficere, magis uerò Arfacen regis magni sororem. Scis enim quan-
 to pere Græcis faueat, quantoq; studio peregrinos hospitio soleat
 accipere. Dic igitur iuuenibus, quòd iussu Thyamidis, in nostris
 ædibus habitaculum illis est instructum. Fecit ita ædituus, nihil
 eorum quæ Cybele moliebatur, suspicans: sed existimans se benefi-
 cium collaturum esse in hospites, si illis opera sua satrapicam aulam
 conciliasset: & simul ijs qui petebāt rem gratam, neq; cuiquam de-
 trimentum aut periculum allaturam, facturum. Cumq; ad Theage-
 nem & Charicliam uenisset, mœrore ac lachrymis perditos: Sanè
 haud legitima, inquit, neq; ea quæ patrij mores institutaq; ferant,
 præsertim cum sit uobis antea luctu interdictū, facitis, quòd antisti-
 tem deploratis & lugetis: quem læticia & gratulationibus profe-
 quendum esse, tanquam meliorem consecutum requiem, & præ-
 stantio rem statum sortitū, diuina & sacra doctrina præcipit. Quā-
 quam uobis quidem uenia danda est, qui (ut dicitis) patrem, &
 patronum, & eum qui sola spes uestra fuerit, amiseritis: uerum ta-
 mē non omnino uos despondere animum oportet. Thyamis enim
 (ut uidere est) non tantum in antistitium, sed etiam in studium &
 beneuolentiam ergo uos illi successit, & in primis prouideri uobis
 imperauit: habitaculumq; uobis instructum est splendidū, & qua-
 le sibi optaret aliquis altioris gradus hominum, & indigenarum,
 nedum peregrinorum, & eorum quorum in præsentia angustæ ra-
 tiones, & humilis fortuna esse uideatur. Sequimini igitur hanc (o-
 stendens Cybelen) communem uestram existimātes esse matrem,
 & excipienti uos parēte. Hæc ille quidem dicebat: faciebat autem
 Theagenes, uel quòd ueluti procella quadam eorum quæ præter
 spem acciderant depressus esset: uel quia in tali statu rerum, quod-
 cunq; oblatum habitaculum & receptum boni consuleret. Cauisset
 autem sibi, ut est consentaneum, si tragicos & intolerabiles casus, al-
 laturum esse habitaculum illud, et magno malo ipsis futurum, suspi-
 catus fuisset. Tum uerò fortuna, illorum rationes gubernans, cum
 paucarum horarum interuallo illos recreasset ac refecisset, et unius
 diei tantum spacio læticia frui permisisset, subito tristitia & aduersa
 adiungebat, & tanquam sua sponte uincula sibi accersentes, hosti
 adducebat: prætextu benigni hospitij, iuuenes, & hospites, & igna-
 ros futurorum, captiuos efficiens. Sic hercle uita quæ in errore agi-
 tur, inscitiam tanquam cæcitatatis tenebras offundit ijs qui in pere-
 grinis

grinis terris, & exteris nationibus uersantur. Hi igitur cum uenissent ad domicilia satrapæ, & ingrederentur uestibula magnifica, & editiora quàm ut cum priuati hominis conditione comparari possent, & stipatorum fastu, aliorum que aulicorum frequentia repleta, mirabatur ac turbabantur ædes, præsentem illorum fortunam superare uidentes. Sequebantur tamen Cybelen multis modis adhortantem, & adesse illos animo iubentem, & quod expectare deberent læta, quæ illos essent exceptura, promittentem. Ad extremum, postquam eos in cõclauē, in quo habitabat anus, separatim & seiunctum à turba, introduxit, remotis arbitris, sola illis absidēs:

O liberi, dicebat, mœstitiæ in qua nunc uersamini, causam cognoui, atque dolorem, quem ex antistitis Calasiridis morte, merito à uobis culti in parentis loco, accepistis. Aequum est autem, ut præterea mihi qui sitis, & unde, exponatis. Nam & hoc, quod Græci sitis, cognoui: & quod bono genere nati, ex ijs quæ in uobis cernuntur, argumentum caperet licet. Vultus enim adeo liberalis, & elegans atque liberalis forma, specimen præstantis generis exhibet: sed ex qua Græcia, atque adeo urbe, sitis, denique quomodo oberrantes huc ueneritis, cum aueã id cognoscere uestræ utilitatis causa, quæ so mihi exponite, ut etiam dominam meã Arfacen, regis magni sororem, Oroondatis uero maximi satraparum coniugem, Græcorumque & elegantiam amantem, & in hospites beneficam, de uestris rationibus certiolem facere possim: atque ita cum maiore debitoque uobis honore, in conspectum illius ueniatis. Dicetis uero mulieri non prorsus à uobis alienæ. Sum enim & ipsa natione Græca: Lesbica uero, urbis in qua sum nata cognomine, captiua quidem huc adducta, cæterum successu fortunæ meliore quàm domi utens. Sum enim dominæ omnium rerum ministra, & tantum non per me spirat, & uidet: sed mens illi, & aures, et in summa omnia sum ego, probos honestosque semper in illius notitiam deducens. Theagene uero ea quæ dicta fuerant à Cybele, cum ijs quæ pridie ab Arface facta fuerant conferente: et quod illum defixis oculis, & lasciue, denique sine intermissione, & cum indecoro parumque moderato nutu ac significatione intuita fuisset, cogitante: nihil que boni inde euenturum augurate, & iam dicturo aliquid ad anũ, submisit in aurem illi Chariclia: Sororis, inquit, memineris, in ijs quæ dicturus es.

Cum igitur intellexisset id quod illi suggestum fuerat: Mater, inquit, quod Græci sumus, iam & ipsa scis. Illud autem cognosce, quod cum germani essemus, parentibus à prædonibus captis, ad illorum inquisitionem profecti, magis aduersa fortuna quàm illi usi sumus, in crudeliores uiros incidentes, & omnibus facultatibus (multæ autem erant) spoliati, uix uero ipsi seruati, & quadam dextra numinis uoluntate, cum heroe Calasiri congressi, cum uenissemus huc tanquam reliquum tempus uitæ cum illo transacturi, nunc (ut uides)

des) ab omnibus deserti & soli relictī sumus: eo qui uidebatur esse pater, & erat, cum alijs parentibus amisso. Ac nostræ quidem rationes sic habent. Tibi uero ingentem habemus gratiam pro hoc officio humanitatis, & hospitalitatis. Maiore autem beneficio nos tibi deuincies, si ut seorsim & clanculum habitemus, effeceris: officium quod nuper commemorasti, scilicet ut per te Arfacē innotescamus differens, neq; introducens in tam splendidam & illustrem fortunam, peregrinam, erroneam, tetricamq; uitam. Noticias enim & familiaritates, cum similibus (ut scis) inire conuenit. Non potuit se reprimere Cybele, cum hæc dicta fuissent: sed ex hilaritate uultus, manifestum existebat indicium, quod magnopere audito germanorum nomine fuisset delectata, cogitans nullo sibi impedimento fore in rebus Venereis Arfaces Charicliam: &, O pulcherrime adolescens, inquit, nūquam hoc de Arface dices, postquam expertus fueris mores mulieris. Aequalis est enim, & accommodata ad omnem fortunam. Quinetiam magis est auxilio ijs, qui præter dignitatem quippiam sunt passi. Cumq; sit Persis genere, magnopere ingenio Græcos imitatur, gaudens ijs, & se oblectans, qui inde adueniunt, moresq; & consuetudinem Græcorum supra modum amplectitur. Este igitur bono animo, quod sit futurum, ut tu omnibus dignitatibus quæ ad uiros pertinent, orneris, soror autem tua familiaris & conuictrix illius sit futura. Cæterum quæ uestra nomina illi nunciare oportet? Cum uero Theagenis & Charicliæ audisset, ut ibi illam operirentur dicens, ad Arfacē cucurrit, datis prius mandatis ianitrici (erat autem & ipsa anus) ut neminem ingredi pateretur, atq; adeo ne ipsos quidem iuuenes quouquam egredi permitteret. Hac uero, Neq; si tuus filius Achemenes aduenit? interrogate: nuper enim & post tuum discessum in tēplum, egressus est, unguendi oculi gratia, quod aliquantulum adhuc doloris & molestiæ sustineat: Neque si ille ueniat, respondit: sed obserata ianua, & clauem ipsa apud te habens, dic me asportasse. Sicque accidit. Nam cum uixdum Cybele abscessisset, solitudo Theagenis & Charicliæ luctuum & recordationis suarum calamitatum tempus subministravit: iisdemq; propemodum uerbis, & mente eadem sese deplorabant: illa quidem, o Theagenes: at ille, o Chariclia, identidem ingemiscens. Et hic, Quæ nam fortuna nos inuasit? Illa autem, In qualī nam statu rerum uersabimur? & post singula uerba amplectebantur se inuicem. & rursus cum illachrymasent, dissauabantur. postremo Calasiris recordati, in illius luctum ploratus conferebant. In primis autem Chariclia, tanquam maiore spacio temporis, magis illius studium & beneuolentiam erga se experta. Et, o bonum Calasiridem, exclamabat plorans: etenim orbatam sum suauī nomine, quo minus illum patrem uocare possim, cum numen mihi patris appellationem undiquaq; præcidere contendisset.

A disset. Patrem qui me procreauit, nō agnouit: eum uero qui me ad-
 optiuam filiam fecerat, hei mihi prodidi: porro hunc qui me rece-
 pit, & aluit, & seruauit, amisi, & neq; lugere funerū ritu ac cæremo-
 nia, adhuc iacens cadauer, à cœtu prophetico mihi est permissum.
 Enim uero nutricie & seruator, addam autem & pater, ecce etiam
 si nolit numen, ubi licet, & quomodo licet, facio tibi libationes me-
 is lachrymis, & addo inferias ex meis capillis. simulq; uellebat plu-
 rimos crines: & Theagenes quidem eam reprimebat comprehen-
 dens, tendensq; manus supplex. Illa uero lamentabatur nihilomi-
 nus. Quid enim (dicens) uel uiuere iam conducit. In quā spem
 oculi conijciendū sunt? Ductor in peregrina terra, bacillus erroris,
 dux reditus in patriam, parentum notio, solatium in aduersis re-
 bus, adiuuētum ac depulsio infortuniorum, omnium nostrarum
 rationum anchora Calasiris periit, nos miserum iugum quasi cæ-
 cos inscitia gerendarum rerum in peregrina terra relinquens. Om-
 ne nobis iter, omnis deniq; nauigatio præ inscitia præcisa est: atque
 grauis & blanda, sapiens & cana reuera mens euolauit, beneficio-
 rum erga nos neq; ipsa finem conspiciens. Cum talia atq; alia præ-
 terea miserabiliter lamentaretur, Theagene partim apud sese clam
 lugente, partim se ut parceret Charicliæ cohibente, aduenit Ache-
 menes, & ianuam sera firmatam deprehendens: Quid malum hec
 ex ianitrice quærebat. Cum uero matris esse factum cognouisset,
 B accedens ad fores, & causam perpendens apud animū, sensit Char-
 cliam lamentantem: & inclinans sese, per angustias per quas aper-
 tur claustrī cōpages, uidit omnia quæ fiebāt. & rursus iantricem,
 qui nam essent intus, interrogabat. Illa autē, aliud quidē se nescire
 dicebat, præterquam quod essent uirgo & adolescens, peregrini
 quidam, ut coniectari licet, nuper ab ipsius matre introducti. Tum
 ille iterum sese incuruās, conabatur exactius cognoscere eos quos
 uidebat. & Charicliam quidem cum omnino non nosset, propter
 formam tamē demirabatur: atq; adeo quæ apparitura esset, & qua-
 lis, nisi mœrore ac luctu conficeretur, cogitabat: deniq; admiratio-
 ne, in amatoriū affectum clam deferebatur. Theagenem uero ob-
 scurē & ambiguē se agnoscere opinabatur. Atq; ita intēto in illam
 considerationem Achemene, aduenit reuerfa Cybele, cum omnia
 de adolescentibus, quemadmodum gesta fuerant, nūciasset: & mul-
 tis modis Arfacen beatam ob fortunæ successum predicasset, à qua
 illi tantum casu quodam esset perfectum bonum, quantum sexcen-
 tis consilijs & machinis nemo sperasset confici potuisse, ut cohabi-
 tatore habeat amasium. Et cum multis eiusmodi uerbis Arfacen
 inlasset, properantemq; ad aspectum Theagenis, iam uix cohibe-
 ret, propterea quod nollet illam pallentem, & turgidis oculis ex in-
 somnia præbere se conspiciendam adolescenti: sed post præsentem
 diem, quam requieuisset, pristinamq; formā recuperasset. Ita cum
 lætam

lætam ipsam, & bonæ spei de euentu ex animi sententia plenam ef-
 fecisset, tum quæ facere cõueniret, tum quomodo hospites accipe-
 re cum illa constituisset, ut aduenit: Quid, inquit, ita curiose in-
 quiris fili? Ille autē: Eos qui sunt intus hospites, qui sint, aut un-
 de, dicebat. Non est fas, inquit ad eū Cybele: imo id quod scis pre-
 me silentio, & apud te retine, neq; cuiquam narres, neq; multū uer-
 sare inter hospites. Sic enim domine uisum est. Ille igitur abibat, fa-
 cile matri obtemperans: & ad cõsuetum ac uenerum ministerium
 Arfacæ Theagenem asseruari suspicās, & discedens, An non hic
 est (secum loquebatur) qui mihi nuper, cum eum accepissem à Mi-
 trane præfecto excubiarum, ut deducere ad Oroondatem, mit-
 tendum regi magno, à Bessaensibus ereptus est, quando & de uita
 propemodum periclitatus sum, & solus ex ijs qui eum ducebant,
 uix effugere potui? An uero me fallunt oculi? Atqui melius iam
 ualeo, & ferè ita quemadmodū antea consueuerā, perspicio. Quin
 etiam Thyamidem audiui pridie aduenisse, & cum singulari certa-
 mine cum fratre dimicasset, sacerdotium recuperasse. Ille ipse est o-
 mnino. Cæterum in præsentia hoc indicium tacendum est, & simul
 obseruandum qui sit animus dominæ erga hospites. Hic quidem
 hæc secum. Cybele uerò ad iuuenes incurrens, uestigia eorum
 quæ faciebant deprehendebat. Quamuis enim ad strepitum fori-
 um, cum aperirentur, componebant sese, & consuetum uultum &
 habitum asimulare conabantur: tamen non potuerunt celare a-
 num, oculis adhuc lachrymis innatibus. Exclamās igitur, O sua-
 uissimi liberi, dicebat, quid ita intempestiue ploratis? quando gau-
 dere oportebat, & gratulari uobis ipsis fortunæ dexteritatem, Ar-
 facæ optima quæq; & quæ uobis optare possetis cogitāte, & ut po-
 stridie in illius conspectum ueniatis annuente, ac nunc uobis om-
 nia officia humanitatis & omnem obseruantiam attribuentē. Quā
 obrem abiiciendi sunt uobis isti fatui & pueriles planè fletus, intue-
 ri uerò uosmetipsos & componere conuenit, accedere ac obsequi
 Arfaces uoluntati. Theagenes autem: Memoria, inquit, mortis
 Calasiridis dolorem in nobis excitauit, & ad lachrymas nos dedu-
 xit, qui illius paternam erga nos uoluntatem amiserimus. Nugæ
 sunt, inquit anus, istæ, Calasiris, & pater quispiam fictus, qui com-
 muni naturæ legi, & ætatis temporī cēsit. Omnia tibi adsunt per
 unum hominem, præfectura, diuitiæ, deliciæ, & fructus florentis
 ætatis: deniq; fortunam tuam esse puta, & adora Arfacen. Tantum
 mihi obtemperate, quomodo illam accedere & aspicere debeat, &
 quando hoc præceperit, & qua ratione agendum tractandumq;
 sit, si quid imperauerit. Animus enim illius magnus est, ut scis, et ex-
 celsus, & regius, ætate iuuenili & forma insuper elatus, & qui se cõ-
 temni si quid postularit non patiatur. Cum ad hæc reticuisset
 Theagenes, & apud sese, quod turpium quarūdam rerum, & cum
 flagitio

A flagitio coniunctarum significationes essent cogitaret: paulo post
 eunuchi aderant, reliquias satrapicæ mensæ, quæ omnem sumptum
 & molliciem superabant, in aurea supellectili afferentes. Et cum di-
 xissent, quod his domina honoris causa excipit hospites, & appo-
 suissent iuuenibus, continuo discedebant. Simul uero prospicien-
 tes, ne quid officio detrudere uiderentur, aliquantulum degusta-
 bant ea quæ erant apposita. Atque hoc & uesperis fiebat, & reliquis
 deinceps diebus. Postridie uero fere circiter horam primam diei,
 eundem eunuchi uenientes ad Theagenem: Accersitus es, o nimum
 foelix, a domina, dicebant: & iussi sumus ut te in illius conspectum
 deducamus. Quamobrem eas fruiturus foelicitate, quam sanè pau-
 cis & rariuscule impertiri solet. Ille autem paululum quieuit: dein-
 de tãquam ui traheretur, inuitus consurgens: Solum ne me uenire
 imperatum est, ad ipsos dicebat, an etiam unã mecum sororem hanc
 meam? Cum autem, Solum, respõdissent, & illam seorsim esse uen-
 turam: nunc uero adesse Arsacæ quosdam ex magistratibus Persa-
 rum. alioqui moris esse ut seorsim cū uiris, cum mulieribus autem
 alio tẽpore agatur: inclinans sese Theagenes, Neque honesta hæc
 sunt, neque non suspecta, ad Charicliam submissè cum dixisset, ab il-
 laque uicissim audisset quod non oporteret contraire, sed cursum u-
 nã tenere initio, & præ se ferre uoluntatem omnia ex illius senten-
 tia faciendi, sequebatur præeuntes. Cumque modum quo illam oport-
 teret compellere atque alloqui, & quod moris esset adorare ingredi-
 entes, docerent: nihil respondit. Cæterum ingressus, & illam seden-
 tem pro tribunali deprehendens, purpura & auro intexta ueste ex-
 ornatam, moniliumque precio & tiaræ dignitate superbientem, ac
 delicatè delibutam & fucatam, satellitibus astantibus, & primarijs
 utrinque magistratibus assidentibus: non consternatus est animo,
 sed tanquã eorum quæ illi fuerant cum Chariclia constituta de assi-
 mulata obseruantia & ueneratione oblitus, magis est erectus ani-
 mi magnitudine contra fastum Persici spectaculi: & neque genu fle-
 ctens, neque adorans, sed erecto capite, Salue (inquit) regie san-
 guis Arsace. Indignantibus uero ijs qui præsentibus aderant, &
 murmur quoddam contra Theagenem, tanquam temerarium &
 audacem, quod non adorasset, emittentibus: Arsace subridens,
 Date ueniam, inquit, tãquam ignaro & peregrino, & prorsus Græ-
 co, & illinc contemptu nostrilaboranti. Simul & de capite tiamam
 deposuit, multum ijs qui aderant prohibentibus, hoc enim faciunt
 Persæ, ad reddendam gratiam ei qui salutauit. & cum ad illum,
 Bono animo esto hospes, per interpretẽ dixisset, (quãuis enim in-
 telligebat linguam Græcam, loqui tamen non potuit) & dic si qua-
 re indiges, repulsam non passurus: remittebat, innuens eunuchis.
 Deducebatur uero cum pompa satellitum. Ibi & Achemenes cum
 illum iterum conspexisset, cognouit exactius: & nimij honoris qui
 r illi tri-

illi tribuebatur, causam suspicans, mirabatur: tacebat tamen, ea quæ A
 decreuerat faciens. Arface autem optimatibus Perfarum & ma-
 gistratibus magnifico apparatu acceptis, eo prætextu quod id ho-
 noris causa, quemadmodum solebat, faceret, uerius uero propter
 colloquium cum Theagene habitum conuiuium agitans, non tan-
 tum portiones ciborum, ut consueuerat, Theageni mittebat, sed e-
 tiam tapetes, & peristromata uersicoloria, Sidoniæ & Lydiæ ma-
 nus arte elaborata. Mittebat quoque unâ & mancipia ab obsequijs
 futura, ancillam quidem Chariciæ, puerum uero Theageni, gene-
 re Ionica, ætate uero pubertatem attingentia: multis modis adhor-
 tata Cybelen, ut acceleraret, & quamprimum scopum illi proposi-
 tum perficeret, nō amplius affectum ferenti: neque ipsam quicquam
 remittentem, sed uarijs rationibus circumdantem Theagenem. Ac
 manifestè quidem non exponebat, Arfaces uoluntatem cæterum
 circuitione & inuolucris tectam intelligendam relinquebat: bene-
 uolentiam dominæ erga ipsum prædicās: & cum pulchritudinem
 non apparentem tantum, sed et eam quæ uestitu contineretur qui-
 busdam conuenientibus occasionibus ob oculos ponens: tum mo-
 res, quod essent amabiles, & cum quadam facilitate coniuncti, &
 quod delectaretur deliciaribus, & ualentioribus adoleſcētibus.
 Et in summa, experimentum capiebat in ijs quæ narrabat, an uene-
 reis rebus alliceretur. Theagenes autem beneuolentiam illius er-
 ga se, & quod moribus esset propensis in amorem Græcorum, & B
 quæcunq; talia præterea collaudabat, & insuper agebat gratias.
 Porro illecebras absurdiorum rerum neque intelligens ab initio,
 sponte præteribat. Angor igitur quidam inuasit animum, & quasi pun-
 gebatur dolore cordis, cum coniectaretur eū intelligere illecebras,
 fastidire autem & repellere omnes conatus uideret: & Arfacē non
 amplius ferre sciret, tumultuātem, & non amplius se cohibere pos-
 se dicentem, & pollicita reposcentem, quæ alias alijs prætextibus
 Cybele differebat: interdum quamuis uellet, reformidare adoleſcē-
 tem dicēs: interdum uero, aliquid incommodè cecidisse fingens. Et
 cum iam quintus & sextus dies præterisset, Chariciamque Arface
 semel atque iterum ad se uocasset, & ad gratificandum Theageni ho-
 norificè illam accepisset, beneuolentiæque singulari fuisset intuita, co-
 gebatur planius colloqui cum Theagene, amoremque aperte expo-
 nebat, multa & sexcenta bona si assentiretur certo pollicēs: &, Quæ
 malum est hæc tergiuersatio? addens: quid uere adeo alienum à re-
 bus ueneris? adoleſcens tam formosus, & florenti ætate, mulierem
 similem & amore illius contabescentem repellit, & non prædā du-
 cit, & in lucro ponit negocium: præsertim nulla formidine rem cō-
 sequente, neque uiro præſente, & me quæ illam educaui, ac omnia ar-
 cana in potestate habeo, hanc consuetudinem illi procurante. Ne-
 que quod ad te attinet, ullo intercedente impedimento, non spōsa,
 non

non uxore. Atqui & hæc sæpius multi cōtempserunt, qui sana men-
 te præditi, domesticis ea re nihil se nocituros intellexerunt: sibi au-
 tem profuturos possessione opū, & fructu uoluptatis in lucro ac-
 cedente. Ad extremum & minas quasdam immiscebat orationi. Co-
 mes (dicens) mulieres, & iuuenum cupidæ, implacabiles existunt, &
 & sæuam iram cōcipiunt, cum sæua spe labuntur: & contumaces, tã
 quam eos à quibus iniuria sunt affectæ, merito' ulciscuntur. Iam de
 hac, quod & Persis sit genere, cogita: & regius sanguis, quod tu ip-
 se antea tua confessione testatus es: & quod magnis uiribus &
 potentia sit stipata, qua illi & honore afficere beneuolos erga se, &
 punire sibi obsistentes impunè liceat. Tu uero' & peregrinus es, &
 desertus, & qui tibi opem ferat nemo est. Parce partim tibi ipsi,
 partim & illi. Digna uero' est cui à te parcatur, quæ desiderio
 tui, quo iustè potiri debet, tam furiose sit inflammata. Verearis
 & iram amatoriam: caueto quoq; quæ contemptum sequitur uin-
 dictam. Multos noui, quos postea eiusmodi animi pœnituit. Maio-
 rem experientiam, quam tu, in rebus ueneris consecuta sum. Ca-
 nus capillus ipse, quem uides, in multis eiusmodi rebus est uersa-
 tus: sed usq; adeo rigidum, & incicurabilem neminem unquam co-
 gnoui. Deniq; conuerso sermone ad Chariciam (necessitate enim
 adducta, ausa est audiente illa talia loqui) Adhortare, inquit, filia
 tu quoq; nescio quem merito' appellem, istum tuum fratrem. Pro-
 derit & tibi hæc ipsa res, non pilo minus ab illa amaberis, maiores
 cōsequeris honores, ditesces ad satietatem usq; de cōiugio tibi pro-
 spiciet splendido. Hæc uero' & foelicibus optanda sunt, nedum pe-
 regrinis, & egestate in præsentia laborantibus. Charicia uero'
 toruè & ardentè contuita: Optandum quidem, inquit, fuerat, &
 pulcherrimū omni ex parte, optimā Arfacen nihil eiusmodi pati:
 si minus, saltem moderatè ferre affectum. uerumtamē cum quid-
 dam humanum illi acciderit, & uicta est, ut dicis, succubuitq; cupi-
 ditati, consularem & ipsa Theageni huic, ut rem non recuset, si tu-
 to id facere possit, ne & sibi per inscitiam, & illi malū aliquid accer-
 sat, si hæc in lucem prodierint, & alicunde cognouerit hoc flagitio-
 sum factum satrapa. Profilijt ad hæc dicta Cybele, & amplexa &
 distulata Chariciam: Rectè, inquit, facis filia, quod & mulieris na-
 tura tui similis miserta es, & securitati fratris sollicitè prospicis. Ve-
 rumtamen hac de causa non est quod labores, quod neq; sol, ut di-
 ci solet, id sit cogniturus. Desine in præsentia, inquit Theagenes,
 & concede nobis deliberandi spacium. Cum uero' illicò exisset Cy-
 bele: O Theagenes, exorsa est Charicia: numen tales successus no-
 bis conciliat, in quibus plus inest aduersæ fortunæ, quam quæ ex-
 trinsecus apparet foelicitatis. Quod cum ita sit, prudentium tamen
 est, etiam parum prosperos casus, quatenus fieri potest, in melius
 conuertere. An igitur habeas in animo prorsus perficere hæc rem,

dicere non possum: quamuis non admodum repugnem, si omnino in hoc ut seruemur, aut non, momentum consistit. At si, ut fieri debet, ac honestum est, absurdum iudicas esse id quod petitur, finge tu quidem te assentiri, & alens promissis barbaræ cupiditatem, dilatione præcide, ne præcipitanter durius aliquid in nos statuat, spe deliniens, & molliens pollicitatione iræ incendium. Consentaneum est enim, aliquod remedium (Deo uolente) interiectum tempus pariturum esse. Cæterum Theagenes, uide ut ne ex meditatione in turpitudinem rei delabaris. Arridens leniter Theagenes: Sed tu neq; in aduersis rebus, inquit, mulieribus innatū morbum zelotypiæ effugisti. Me uerò scito neq; fingere talia posse. Facere enim nimis turpia, ac dicere, æquè decorum non est. Et alioqui ut omnino desperet Arface, hoc ipsum aliquid commodi adfert, uidelicet ne pergat nobis amplius molesta esse. Si uerò pati aliquid oportuerit, ad ferenda ea quæ accidunt, sapius iam me & fortuna, & animi cōstitutio præparauit. Ne te lateat, quòd in magnū malum nos conijcies: cum dixisset Chariclia, conticuit. His autem in harum rerum consideratione uersantibus, Cybele cum rursus Arfacem in bonam spem sustulisset, & quòd meliora expectare oporteret, dixisset, significasse enim tale quiddam Theagenem: redijt rursus in conclaue, & intermissa illa uespera, ac multis modis Charicliam, quam solus lecti initio habuerat, adhortata utili esset auxilio, manè rursus interrogabat Theagenem, quid statuisset apud animum? Cum autem manifeste recusaret, ac omnino ne quicquam eiusmodi expectaret, indicasset, tristis ad Arfacem recurrit Cybele. Postquam autem ferociam Theagenis renunciauit, Arface anu in caput præcipitari iussa, incurrens in thalamum, iacebat in lecto seipsam lacerans. Vix dum autem conclaue muliebri egressam Cybelen, conspicatus filius Achemenes tristem & lachrymantem: Num quid importuni aut molesti, mater, accidit? percontabatur. Num quod nuncium dominam excruciat? Num aliqua calamitas ex castris renunciata est? Num hostes sunt superiores in hoc bello Aethiopum domino Oroondate? & multa eiusmodi quærebat. Illa uerò: Nugaris ociose, cum dixisset, recurrit. At ille nihilo magis intermittebat, sed affectans, & manibus apprehendens, & compellans, ut exponeret suo filio ea quæ illam dolore afficerent, supplicabat. Accepto igitur illo à manu, in quandam partem horti sedens: Alij quidem, inquit, non exposuisssem mea & dominæ mala. Postquam uerò illa omnino fluctuat, & ego expecto periculum de uita (scio enim quod Arfaces amentia ac furor in me sit redundaturus) dicere cogor, si forte aliquam opem ei quæ te genuit, & in lucem edidit, & his enutriuit uberibus, excogitare possis. Amat adolescentem, qui est apud nos, domina, non tolerando quodam, neq; usitato, sed insanabili amore: & quem ego & illa nobis ex sententia euenturū

A
 euenturū esse sperantes, ludebamus operā. Hinc erant illa multa humanitatis officia, & multiplex beneuolentia erga hospites. Cæterum postquam, ut stultus quidam & ferox, & intractabilis adolescens, recusauit ea quæ nos uolebamus, neque illam existimo esse uicturam, & me interfectam iri intelligo. Hic est status presentis temporis. Quod si quid habes quo auxiliaris, adsis mihi tua ope. Sin minus, mortuæ matri iusta exequiarum facito. Ille autem: Præmium autem quod mihi, inquit, erit mater? Neque enim est tempus, ut apud te me iactem, aut longis ambagibus & circuitu orationis auxilium promittam, usque adeo consternatæ, & propemodum deficienti animo. Omne quod uis, expecta, inquit Cybele. Etenim te nunc quoque summum pocillatorem, honoris mei causa constituit. Si uero maiorem aliquam dignitatem animo complexus es, enuncia, opum enim neque numerus erit, quas pro præmio feres, si seruator miseræ extiteris. Iam pridem hæc, inquit, mater ego suspicās, & intelligens, tacebam, id quod euenturum esset expectās. Verum neque dignitatem ullam, neque opes curo: uirginem uero quæ soror Theagenis dicitur, si mihi dederit in uxore, omnia illi ex animi sententia & belle cadent. Amo autem uirginem haud moderatè, mater. Quamobrem ex suis rationibus priuatis, cum cognouerit domina effectum, quantus & qualis sit, iuste & ipsa erit adiumento ei qui eodem morbo laborat, atque adeo tantum successum promittenti. Nihil dubites, inquit Cybele. Etenim domina reddet tibi gratiam, nulla mora interposita, cum hoc beneficio illam affeceris, & seruator illius extiteris. Quinetiam fortassis nos ipsi uirgini priuatim persuaserimus. Sed expone quæ sit auxiliij ratio. Non dicam (inquit) priusquam iureiurando fuerit mihi confirmata promissio à domina. Tu uero nihil coneris efficere principio apud uirginem. Video enim quodammodo illam quoque magnos & excelsos animos gerere, ne forte imprudens negocium peruertas. Omnia futura cum dixisset, incurrit in thalamum ad Arfacen, & prouoluta ad illius genua: Bono animo esto, inquit, omnia deo uolente comode cadunt, filium tantum meum Achemenem uocari intrò iube. Accersatur, inquit Arface, nisi mihi rursus uerba datura es.

B
 Ingressus est Achemenes, & cum omnia narrasset anus, iurauit conceptis uerbis Arface, se illum compotem facturam esse nuptiarum sororis Theagenis. Achemenes tum, Quiescat (inquit) deinceps Theagenes, cum sit seruus, & tamē erga suam dominam petulantius sese gerat. Quomodo hoc dicis? cum interrogasset, omnia enarrabat: Quod lege belli fuisset captus, & captiuus abductus Theagenes: quod Mitranes misisset eum ad Oroondatem, mittendum deinceps Regi magno: quod ipse inter ducendum, illum amisisset, infesto aduentu Bestaensium & Thyamis: quod ipse uix effugisset: denique præter omnia, literas Mitranis in promptu ha-

bens, ostendebat Arfacæ. Et si opus esset alijs argumentis, habitu-
 rum se uel Thyamim testem. Respirauit ad hæc Arface, & nihil
 cunctata, thalamo egressa est, & in domũ, in qua pro tribunali sedes
 uacare solebat explicandis constituendisq; rebus, ueniens, adduci
 Theagenem iussit. Ut est adductus, quærebat an nosset Acheme-
 nẽ, proxime illum astantem. Hoc uerò affirmante: An uerò, quòd
 & captiuum te duxit? rursus interrogabat. Confitente uerò &
 hoc Theagene: Seruus igitur noster esto, & tu quidem facies quæ
 supplices solent, nutibus nostris uel inuitus obtemperas. Sororem
 uerò tuam Achemeni huic in uxorem despõdeo, qui primas apud
 nos obtinet, cum matris causa, tum alioqui propter ipsius erga nos
 beneuolentiam, atq; merita: eatenus differens, quatenus ad diem
 præfiniendũ, & reliqua ad conuiuium splendidius apparandum in-
 struenda pertinet. Theagenes autem ictus est quidem tanquam
 uulnere, illis uerbis: statuit tamen non contraire, sed tanquam be-
 stiaæ impetum declinare. Et, O Domina, dicebat, Dijs sit gratia,
 quòd cum alioqui simus bono genere nati, in ceteris calamitatibus
 hæc nobis bene cadunt, quòd non alijs, sed tibi seruimus: quæ erga
 eos qui uidentur esse alieni & peregrini, tãtam humanitatem et be-
 neuolentiam declarasti. Cæterum de sorore mea, quæ cum captiua
 non sit, proinde neq; serua, parata sit tamen ad obsequia tibi præ-
 standa, & ea quæ tibi placent facere decreuerit, statue id quod re-
 ctum esse iudicas. Arface autem: Collocetur (inquit) in ordine B
 eorum qui sunt ab obsequijs ad mensam, & pocillandi artem ab Ar-
 chemene edoceatur, ut ad regium ministerium multo antè assuefi-
 at. Exiuerunt igitur, tristis quidem Theagenes, & uultu ad deli-
 berationem de ijs quæ agenda essent composito: ridens uerò Ache-
 men es, & Theagenem ludibrijs excipiens: Ecce, inquit, qui nup-
 per fuisti insolens & fastuosus, qui erecto collo & solus liber uide-
 baris, & caput submittere ad adorandum indignũ iudicabas, qua-
 lis iam nunc factus inclinas illud: nisi fortè paulo post etiam pugnis
 illud sis, dum instituêris, submissurus. Arface autem alijs ablega-
 tis, ad solam Cybelen: Nunc, inquit, Cybele omnis est sublata excu-
 satio, & dic huic superbo, conueniens illum, quòd si nobis parue-
 rit, & arbitrato nostro fecerit, libertatem consequetur, & splendi-
 de in omnium rerum copia uiuet: Sin autem in contraria sententia
 permanferit, & amasiam contemptui habitam, & dominam iratam
 sentiet, extremam seruitutem & abiectissimam laturus, & suppli-
 ciorum omne genus passurus. Venit Cybele, renunciauitq; mā-
 data Arfaces: multa quoq; ipsa, quæ uidebantur conducere exhor-
 tationi ad ea quæ proponebant, addens. Theagenes igitur cum,
 ut paululum operiretur, petiisset, solus ad Charicliam seorsim: A-
 ctum est de nostris rebus, inquit, Chariclia. Sanè omnis rudens (ut
 dicitur) est ruptus, omnis spei anchora prorsus est euulsa, neq; am-
 plius

A plius cum nomine libero in calamitatibus uersamur, sed in seruitu-
 tem rursus recidimus: (et qua ratione, addebat) barbaricisq; contu-
 melijs & cruciatibus deinceps expositi sumus, uel agentes ea quæ
 placent his in quorum potestate sumus, uel inter damnatos conu-
 merati. Et hæc quidem tolerabilia essent: ceterum quod omnium
 grauissimum est, Achemeni Cybeles filio te in uxorem daturam Ar-
 face promissit. At id quidem, quod aut non fiet, aut à me non uide-
 bitur, manifestum est, quoad uita gladijs & armis ad propugnan-
 dum suppeditabit. Verum quid agere oportet: aut quæ excogita-
 re machinam, qua & meus cum Arface, & tuus cum Achemene dete-
 standus congressus discuti possit? Vnum, inquit ad eum Charic-
 lia, cum comprobaris, alterum qui ad me pertinet impedies? Bo-
 na uerba, inquit. Absit enim, ut tantopere numinis erga nos acerbi-
 tas inualescat, ut ego Charicliæ expers, alia consuetudine incesta me
 polluam. Sed quiddam præsentis consilij inuenisse me puto: inuen-
 trixq; omnino consiliorum est necessitas. Simul ad Cybelen se-
 cedens: Renuncia doming, dicebat, me uelle solum cum sola & abs-
 que arbitris congregi. Illud esse putas anus, & succubuisse Thea-
 genem, recurrit ad Arfacem: & cum iussa esset, ut post coenam addu-
 ceret iuuenem, ita faciebat. Nam absidentibus imperas, ut quietem
 dominæ concederent, & non tumultuarentur circa thalamum, clam
 introduxit Theagenem, cum reliqua omnia tanquam nocturno tē-
 pore tenebris continerentur, & occulta esse quæuis paterentur, so-
 lum autem thalamum lychnus illustraret. Cum autem introduxif-
 set, subducebat sese. uerum Theagenes eam cohibuit: Adsit & Cy-
 bele in præsentia, domina, dicens. Scio enim quod singulari fide in-
 asseruandis arcanis prædita est: & simul manus Arfaces apprehen-
 dens, O Domina (dicebat) neq; prius eo ut resisterem uoluntati
 tuæ, differerem id quod mihi imperabatur: sed ut securitatem facto
 prouiderem. Nunc uero postquam me etiam seruum tuum singu-
 lari quodam beneficio fortuna declarauit, longe promptior sum ad
 obsequendum tibi omnibus in rebus. Vnum mihi tantum te largi-
 turam annue, cum quidem multa & magna promiseris. Renuncia
 nuptias Charicliæ Achemeni. Nam ut alia taceam, eam quæ splendo-
 re maximo generis excellit, uernæ cohabitare fas non est. alioqui iu-
 ro tibi per deorum pulcherrimum Solem, & reliquos deos, quod
 neq; morem geram tuæ uoluntati, & quod prius quam aliqua Cha-
 ricliæ uis illata fuerit, uisura sis me mihi ipsi mortem consciuisse.
 Arface autem: Haud aliter existimes (inquit) quam me uelle tibi
 omnib. in rebus gratificari, ut quæ parata sim uel me ipsam tibi tra-
 dere. sed anticipata iurauim, me elocaturam Achemeni sororem tuam.
 Bene se res habet, inquit, domina. Sororem igitur meam quæcun-
 que est, elocato: ceterum eam quam ego ambio, & sponsam meam,
 denique quid aliud quam uxorem, quod neq; uoles elocare, satis
 scio:

scio: neq; si uelis elocare, poteris. Quomodo, inquit, dicis? At A
 ille: Rem ipsam, respondit. Neq; enim sororem habeo Charicliam,
 sed sponsam, ut dicebam. Quamobrem iureiurādo soluta es. Licet
 uerò tibi, si uolueris, & aliud habere argumentum, cum cōuiuium
 nuptiale mihi & illi (quandocunq; tibi uisum fuerit) instruxeris.
 Pupugit illam sanè, cum sponsam esse Charicliam, non sororem,
 haud sine zelotypia audiuisset. Veruntamen fiat ut postulas, dixit
 Arface. Nos autem Achemenem alijs nuptijs cōsolabimur. Præ-
 stabitur & tibi à nobis, inquit Theagenes, postquam hæc irrita
 sunt facta, & simul accedebat tāquam manus osculaturus. Illa uerò
 inclinans sese, & os pro manibus obijciens, eum osculata est. & e-
 xijt Theagenes, osculum referens, non uicissim ipse osculatus: &
 Charicliæ, nactus occasionem omnia exposuit (non sine zeloty-
 pia quoq; ipsa quædam cognoscente) & inusitatum promissionis
 scopum addidit, & quòd multa per unum sint confecta: Acheme-
 nis disturbatæ nuptiæ: cupiditati Arfaces, prætextus dilationis in
 præsentia excogitatus: deniq; quòd caput est omnium, effectū, ut
 Achemenes omnia tumultu impleat, ægrè ferens quòd ijs quæ ex-
 pectabat frustretur, & indignans quòd à me superetur apud Arfa-
 cem gratia. Neq; enim quicquam clam illo futurum esse, matre illi
 omnia expositura, quæ ut adesset præsens ijs quæ dicebantur, ex in-
 dustria prouideram, cum uolens hæc Achemeni indicari, tum te-
 stem illam consuetudinis eiusmodi quæ uerbis tantum consta- B
 ret faciens. Quamuis enim sufficit fortasse, nullius sceleris sibi con-
 scium, beneuolentia numinis confidere: tamen honestum est, idip-
 sum de se hominibus, cum quibus uersaris, persuadentem, tranquil-
 le uitam hanc quæ ad tempus tātum durat, transigere. Addebat &
 illa, prorsus esse expectandum, etiam insidias facturum esse Arfacæ
 Achemenem, uirum conditione seruum (oppositū autem est pro-
 pemodum in uniuersum id quòd subiectum est, ei qui imperium
 in illud obtinet) iniuria præterea affectum, & iureiurando fraudat-
 um, uidentem quoq; alios sibi honore prælatos esse, & conscium
 omnium flagitiorum ac scelerum, & cui nihil ad insidias faciendas
 comminisci sit opus, quòd sæpius multi exacerbati sunt ausi, sed ex
 ueris liceat habere expeditā ultionis rationem. Talia multa cum
 narrasset Charicliæ, & ut mediocria speraret adhortatus esset, po-
 stridie ducebatur ab Achemene, ministraturus ad mensam, nam
 hoc ab Arface imperatū fuerat: & ueste preciosa, quā miserat, indue-
 batur: & aureis torquibus, & monilibus gemmis distinctis, partim
 uolēs, partim & inuitus ornabatur. Et cum Achemenes præmōstra-
 re illi, & exponere artem pocillādi inciperet, accurrēs Theagenes
 ad unū tripodem, in quo pocula disposita fuerāt, & phialā tollēs pre-
 ciosam: Nihil, inquit, magistris indigeo, sed ipse meo Marte mini-
 strabo dominæ, in tam facilibus rebus nugas has reijciēs. Te enim
 optimè

A optimè fortunæ ratio talia scire cogit, mihi uerò & natura, & tem-
 pus ea quæ sint facienda, suggerit. Et simul infundens leuiter, affe-
 rebat Arfacæ, concinno quodâ & apto gradu, extremis digitis sub-
 latam tenens phialam. Et hanc quidem magis, quàm antea, illa po-
 tio concitauit, sorbentem simul, & defixis oculis Theagenem intu-
 entem, & amoris plus quàm uini haurientem: ac phialam dedita o-
 pera non ebibentem, sed arte, paruisq; reliquijs Theageni propi-
 nantem. Vulnus accepit uicissim altera ex parte Achemenes, ira si-
 mul ac æmulatione impletus, ut neq; Arfacæ id latuerit, cum toruis
 oculis aspexisset: & ijs qui aderant præsentem, quiddam submissè in-
 fusurasset. Cum autem conuiuium dissolueretur: Primū à te peto
 beneficiū o Domina, inquit Theagenes, inter ministrandū tantum
 me uti hæc stola iube. Postquā annuit Arface, consuetū habitū re-
 cipiens exiuit. Exhibat unā & Achemenes, multis modis petulantia
 Theageni, ut probrum obijciens, et quod puerilis esset eiusmodi te-
 meritas, quodq; initio dominā tanquam in peregrino & ignaro ad-
 factum connexerit. Cæterum si perrexeris esse ita contumax, haud-
 quaquam gratificaberis, inquit, & quod ut amicus consuleret, ac
 paulo post affinitatis uinculo iungendus, & sororis illius iuxta pol-
 licitationem dominæ maritus futurus. Et talia multa hic dicebat.
 ille autē ne audienti quidem similis, humi defixos oculos tenens præ-
 teribat: usq; dum fortè Cybele superuenit, deducere cubitum do-
 minam tempore meridiano accelerans. Et tristē filium conspicata,
 quærebat causam. Ille autem: Peregrinus hic adolescentulus, in-
 quit, prælatus est nobis, & heri & hodiē, obrepens quadam elegan-
 tiæ specie, iussus est esse à poculis: & nobis architriclinis & pocilla-
 toribus ualedicens porrigit phialam, & assistit proximè regiū cor-
 pus, dignitate nostra, quæ uerbo tenus tantum iam est dignitas, cō-
 tempta. Et quod hic quidem honoretur, & adipiscatur etiam maio-
 ra, & particeps sit uel magis arcanorum, quia nos ipsi peruersa qua-
 dam ratione tacemus, & adiuuamus, minus æcerbū est. Cæterum il-
 lud utiq; licuisset sine contumelia erga nos ministros, & socios ho-
 nestarum actionum talia fieri. Ac de his quidem aliud erit sermo-
 nis tempus, in præsentia uero mater, sponsam mihi suauissimā Cha-
 ricliam uidere uellem, si quo modo morsum hunc animi illius aspe-
 ctu sanare possim. Et Cybele: Qualem sponsam fili? Videris mi-
 hi ob minimas molestias indignari, porrò maiores offensas ignora-
 re. Iam non accipies in uxorem Charicliam. Quid dicis? inquit
 exclamans. An non sum dignus ut ducam conseruam meam? Quā
 ob rem, mater? Propter nos, inquit, & nostram illegitimam erga
 Arfacem beneuolentiam & fidem. Postquam enim illam præferen-
 tes nostræ securitati, & illius cupiditati magis quàm nostræ saluti
 consulentes, omnia illius arbitratu perfecimus, semel ingressus in
 thalamum generosus hic & præclarus amasius, & tantum conspe-

ctus persuasit, ut uiolaret tibi factum iusiurandum: & ut sibi Charis A
clia desponderetur, non sororem, sed sponsam suam esse asseueras.

Promisit igitur hæc illa, ô mater? Promisit fili, respondit Cybele, præsentem me, & audiente: & nuptias illorum splendido apparatu celebrabit paucis post diebus. Tibi uero aliam se in matrimonium daturam promisit. Vehementius ad hæc ingemiscens Achemenes, & complofis manibus: Ego, inquit, acerbis omnibus reddam nuptias, tantum me adiuua in nuptiarum ad tempus conueniens dilatione. Et si quis inquisierit, grauitèr me affectu decumbere in agro renuncia. Sponsam generosus nominat sororem, tanquam intelligi non possit, hæc tantum ad discussionem eorum quæ mihi sunt promissa fieri. Quasi uero etiam si amplectatur, si osculetur, sicuti nunc facit, denique etiam si unà dormiat, manifestum sit indicium, quòd non soror, sed sponsa est. Mihi hæc erunt curæ, & iuriurando ac dijs quorum est religio uiolata. Hæc dixit, & ira simul ac zelotypia, amoreque & frustratione percitus, (quæ res aliorum qui & ad alium, nedum ad hominem barbarum perturbandum sufficerent) cogitationem quæ inciderat non expendens ratione, sed primo impetu approbans, equum Armenium qui satrapæ ad popas & panegyres alebatur, cum illum clam subducere posset, conscendit, ad Oroondatem iter tendens, tum Thebis magnis contra Aethiopem exercitum colligentem, & omne genus belli & uarias copias congregantem, atque exitum contra illum iam adornantem. B

HELIODORI AETHIOPICORVM
Liber octauus.



Ex enim Aethiopum cum fraude circumuenisset Oroondatem, & altero belli præmio potitus esset, ac Philas urbem semper expugnata facilem, anticipatione sibi subiecisset, ad summam rerum penuriam eum adeo ut raptim ac tumultuariè magna ex parte expeditionem susciperet, redigebat. Vrbs enim Philæ sita est ad Nilum, paululum supra minores cataractas: à Syene uero & Elephantina centum stadijs circiter distat. Hanc aliquando exules Aegyptij cum occupassent & incoluissent, ut de illa inter Aethiopes & Aegyptios ambigeretur effecerunt: illis quidem, Aethiopiam cataractis terminantibus: Aegyptijs uero etiam Philas, quòd eas exules illorum incoluissent, tanquam bello partas sibi uedicare uolentibus. Cumque continuè transiret ab alijs in aliorum ditionem urbs, & eorum qui anteuertissent ac deuicissent esset, tunc uero præsidio Aegyptiorum & Persarum detineretur: Aethiopum rex, in legatione ad Oroondatē, reposcebat Philas, reposcebat & Smaragdifodinas. Et cum iam pridem hæc denunciasset,

A nunciasset, ut dictū est, & non obtinisset quod postulabat, paucis diebus præcedere legatis iussis, ipse subsequeretur, cum antea omni apparatu se instruxisset tanquam ad aliud quoddam bellum, & nemini quò uersurus esset molem belli indicasset. Postquā autem Philas superasse legatos coniectabatur, qui negligentia & securitate incolas implebant, & tanquam pacis causa & amicitiae legatione fungerentur nunciabant: ipse subito adueniens, & præsidium eiecit, quod ultra biduum triduum ue multitudinem hostium & machinas quibus muri oppugnantur sustinere non poterat, & urbem tenuit, nemini ex incolis ullo damno illato. Propter hæc perturbatum deprehendens Achemenes Oroōdatem, & de omnibus ab his qui effugerant edoctum, adhuc magis perturbauit, cum inopinato, & non aduocatus adesset. Extemploq; Ecquid malè Arfacæ, aut reliquæ domui cecidisset, quærenti: Cecidisse quidem, cæterum seorsim se uelle dicere, respondit. Postquam alij secesserunt, omnia indicabat: Quomodo à Mitrane captus esset Theagenes, & ad Oroōdatem missus, ut donum regi magno (si uisum fuisset) deinde mitteretur. Etenim esse adolescentem aula regia, & mensa omnino dignū. Quomodo à Bassaensibus ereptus esset, qui & Mitrane præterea interfecissent: quòd postea uenisset Memphim, simul renouās & Thyamis rationes. Ad extremum, Arfaces amorem erga Theagenem, & migrationem Theagenis in regia domicilia, & honores illi cum quadam beneuolentiae significatione habitos, ac illius ministeria, & pocillationes: & quòd adhuc fortasse nihil inest cōsuetudinis intercessisset, resistente adolescente, & repugnante. Metuendum esse tamen, ne adducatur aut ui, aut alioqui temporis diuturnitati succumbēs, nisi aliquis illum antè Memphi rapiat, & totum scopum amoris Arfacæ præcidat. Atq; eam ob causam se quoq; accelerasse, & clam elapsum uenire indicē, beneuolentia erga dominū, occultare ea quæ contra uoluntatē domini fierent non ualentem. Ut hac oratione ira Oroōdatem impleuit, & totus indignatione & uindictæ studio efferuescebat: rursus eum cupiditate inflammabat, narrationem de Chariclia adiiciens, et in summum fastigium sicut erat attollens, & pulchritudinem uirginis & formam omnino diuinis laudibus ornans, quòd nūquam talis fuisset uisa, neq; iterum uideri posset: Floccifaciendas existima, dicens, omnes tuas pellices præ ipsa, non tantū eas quæ sunt Memphi, sed & eas quæ te sequuntur. Et alia multa ad hæc addebat Achemenes, sperans, etiamsi rem habuisset Oroōdates cum Chariclia, se tamē illam paulo post, cum eam pro præmio indiciorum petisset, in uxorem accepturū. Iamq; prorsus irritatus erat & inflammatus Satrapa, in retia simul iræ & cupiditatis iniectus. Et neq; minima dilatione interposita, Bagoa quodam ex eunuchis (qui fide & auctoritate apud illum ualebat) accersito, traditisq; illi equitibus quinqua

ginta, Memphim misit, ut ad se adduceret Theagenem & Charicliam primo quoque tempore, & ubicumque se deprehensurus esset, imperans. Dedit & literas, alias ad Arfacem eiusmodi: **OROONDATE** **ARSACAE:** Theagenem & Charicliam captiuos germanos, regios uero seruos, ad regem transmittendos, mitte. Ac sponte mitte, quoniam & te inuita abducetur, & Achemenis fides apud nos ualebit. Ad Euphratem uero supremum eunuchum Memphi, tales: Negligentiae in curanda mea domo, postea reddes rationes. In praesentia uero peregrinos Graecos captiuos, Bagoae trade ad me deducendos, seu uolente Arface, seu inuita. Omnino autem trade. Alioquin scito a me imperatum esse, ut ipse uinctus adducaris, officio tuo priuandus. Bagoas igitur ad id quod imperatum fuerat, profectus est cum literis signo satrapae obsignatis, quo maiorem fidem illis haberent hi qui erant Memphi, & eo celerius iuuenes traderent. Profectus est & Oroondates ipse ad bellum contra Aethiopes, Achemene quoque sequi iussio: qui silentio, & cum nihil tale suspicaretur, usque dum ea quae indicauerat, uera esse comprobaret, custodiebatur. Iisdem diebus haec Memphi gerebantur. Statim postquam in uiam se dedit Achemenes, Thyamis cum iam antistitium pleno iure recepisset, & propterea primas in urbe teneret, ac ea quae ad funus Calasiris pertinebant perfecisset, iustaque exequiarum patri omnia intra dies constitutos persoluisset, redibat in memoriam Theagenis & Charicliae inquisitionis, quando iam uersari etiam cum extraneis lege pontificia permittebatur. Postquam autem ubicumque explorans, & sollicitè inquirens, cognouit eum in satrapae aulam traductum esse, quanta celeritate potuit ueniens ad Arfacem, quaerebat iuuenes peregrinos, tanquam ad ipsum cum multis alijs de causis pertinentes, tum quod pater Calasiris moriens, extrema uoce illi omnino inculcasset, peregrinis ut prouideret, & eos tueretur imperans. Ac se illi quidem agere gratias, quod acceptos hospitio iuuenes peregrinos & Graecos, per hos elapsos dies, quibus uersari in templo non initiatis interdictum erat, humaniter tractasset. Petere autem ut ipsi suum depositum recuperare rursus liceat. Arface autem: Miror, inquit, quod cum nobis comitatem & humanitatem testimonio tuo tribuas, rursus inhumanitatis nos condemnes, dum studes ut aut non posse, aut nolle prospicere peregrinis, & conuenientibus officijs illos ornare uideamur. Non hoc, inquit Thyamis: scio enim affluētius hic uicturos, quam apud nos, si modò manere uellent. Nunc uero cum sint praclaro genere orti, alioqui autem uarios fortunae insultus experti, & in praesentia oberrantes, nihil illis potius est, quam ut suū genus recuperent, & in patriam redeant. Quā in re ut sim illis adiumento, haeredem me reliquit pater: cum mihi alioqui intercedant cum hisce peregrinis & alia multa amicitiae uincula. Rectè facis, Arface ad ipsum, quod

A quòd omisso iurgio & ira, æquitatem obijcis: quã magis nobiscum
 facere apparebit, quãto dominari, quã frustra prospicere, ad ob-
 tinendum maiorem uim habet. Thyamis autem admiratus, Do-
 minaris tu uerò, inquit, horum? Quomodo? Iure belli, respon-
 dit, quòd captiuos seruos efficit. Cum igitur intellexisset Thy-
 mis, quòd de Mitrane dicere uellet, Sed ò Arsace, non bellum (in-
 quit) est, sed pax, ratio præsentis temporis: et illud quidem in ser-
 uitudinem redigere, hæc autem in libertatem uindicare solet: & illud
 est uoluntas tyrannica, hoc uerò decretum regium. Deniq; pacem
 & bellum, non nominum pondus, sed ratio & constitutio eorum
 qui utuntur uerius iudicare solet. Quamobrem æquitatem si his af-
 fensa fueris, melius definire uideberis: cæterum honestum & utile,
 neq; in controuersiam uenit. Quomodo enim honestum tibi est,
 aut conducit, iuuenes, & peregrinos, tam furiosè uideri, & fateri, te
 retinere uelle? Ad hæc non amplius continuit sese Arsace, sed
 id illi accidit, quod omnibus in uniuersum amantibus accidere so-
 let: Cum occultas esse suas rationes putant, erubescunt: cum sunt
 deprehenfi, omnem pudorem amittunt. Qui latet, cunctantior est:
 qui deprehenfus est, audacior efficitur. Quemadmodum & illam
 conscia mens redarguebat, & Thyamim aliquid suspicatum esse de
 se existimans, non faciens flocci antistitem, & antistiti dignitatem,
 omnemq; pudorem muliebrem abijciens. Sed neq; (inquit) ea
 B quæ in Mitranem admisistis, uobis condonabuntur. Ceterum tem-
 pus erit, quando de interfectoꝝ illius, & eorum qui unà ade-
 rant, Oroondates sumet pœnas. Hos uerò non dimittã, qui in præ-
 sentia sunt mea mancipia: paulopost uerò fratri meo Regi magno,
 secundum legem Persicam mittentur. Ad hæc rhetoricare quan-
 tum uis, iusta & honesta & utilia frustra definiens, quòd nullius in-
 digeat is qui habet imperium in aliquem, suum arbitrium quodli-
 bet horum esse statuens: & ex aula nostra euestigio sponte discede,
 ne fortè incautius agens, inuitus cedere cogaris. Thyamis igitur
 exhibat, deos testes inuocans: & tantum affirmans, quòd hæc bonũ
 finem non essent fortitura: indicare urbi, & eam in auxilium aduo-
 care cogitans. Arsace autem: Nihil curo tuum antistitium, cum
 dixisset: Amor solum respicit antistitium, potiẽdi solatium: in tha-
 lamum secedens, & Cybelen accersens, de præsentibus rationibus
 deliberabat. Etenim iam aliquo modo & fugam Achemenis non
 comparentis in susceptionem uocabat: Cybele, si quando perconta-
 retur & inquireret de Achemene, uarios, & alio tempore alios præ-
 textus commiscente, & omnia magis quã ut ad Oroondatem eũ
 uenturum esse crederet, illi persuadente. Veruntamen nõ omnino
 ad extremum fidem faciebat, sed iam propter diurnitatem tem-
 poris illi fides non habebatur. Tunc igitur: Quid nam faciemus,
 dicebat, ò Cybele? Quæ tandem erit ratio, qua me ex ijs quæ cir-

cumstant, extricare possim? Nam amor non remittit quicquam, A
 sed magis intenditur, tanquam materia à iuvene hoc, magno cum
 impetu accensa. Ille autem est & ferox, & intractabilis, & qui hu-
 manior esse prius quàm nunc uidebatur. Tunc quidem fraudulen-
 tis pollicitationibus me consolatus: nunc autem omnino etiam ma-
 nifestè nostra recusans postulata. Quod me magis perturbat, ne
 fortè de Achemene quæ suspicor, ipse quoq; audierit, atq; ita ma-
 gis rem refugiat ac reformidet. Enimuero præ omnibus me angit
 Achemenes, qui nunc ad Oroondatem profectus est, aut persuasu-
 rus illi fortasse, aut non omnino credibilia dicturus. Videam ego
 modo Oroondatem: unas blanditias, & lachrymulam unam Arfa-
 ces non sustinebit. Magnam ad faciendam fidem uiris, habent uim
 » & fascino, muliebres & consuetudine habitandi coniuncti ocu-
 » li. At illud est acerbissimum, si non potita Theagene, anteuertar ac
 » cusatione: aut fortassis etiam poena, si quid, priusquam ego foelici-
 » tate perfruar, audierit Oroondates. Quamobrem Cybele omnem
 » moue lapidem, omnem inueni machinam, uidens in extremum pe-
 » riculum res nostras deuenisse: & simul cogitans, quod cum de me
 » ipsa desperarim, haudquaquam alijs sim parsura. Prima siquidem
 » fructum capies ex tui filij conatibus: quos quomodo ignorare por-
 » tueris, coniectura assequi non possum. Cybele autem: Quod ad
 » filium meum, inquit, attinet, & fidem meam erga te domina, nō ue-
 » ra te opinari, re ipsa cognosces. Porro cum ipsa tam segniter cures B
 » tuum amorem, non est quod conferas culpam in alios, qui uacui
 » sunt à culpa. Neq; enim ut domina imperas, sed ut serua blandiris
 » adolescenti. Quæ initio quidem rectè fortasse fiebant, cum tenero
 » & iuuenili animo esse putabatur. Postquam uerò exurgit contra
 » amasiam, experiatur te, & agnoscat ut dominam, & flagris caesus ac
 » tormentis excruciat, supplex tuæ uoluntati se subiiciat. Consue-
 » uerunt enim adolescentes, cum coluntur, despiciere: ui autem co-
 » cti, cedere. Quamobrem & hic faciet poenis adactus, quæ antea ne-
 » gabat blandè & leniter tractatus. Videris tu quidem rectè dice-
 » re, inquit Arface: cæterum quomodo ferre possem, oculis meis ui-
 » dens illud corpus cædi, aut alio quocunq; modo affligi? Rursus,
 » inquit ipsa, mollitie diffuis, quasi non sit futurum, ut & ipse paucis
 » tormentis adhibitis, meliora amplectatur: & tu paululum excru-
 » ciata, consequaris omnia ex sententia. Atqui licet neq; oculis dolo-
 » rem accersere ex ijs quæ fient, sed illo Euphrati tradito, & puniri
 » iusso tãquam ob aliquod delictum, abesse à spectaculo quod te do-
 » lore afficeret (auditus enim, aspectu ad commouendū dolorem mi-
 » nus est efficax) & si illum sententiam mutasse senserimus, rursus
 » poena tanquam resipiscentem eximere. Passa est sibi persuaderi
 » Arface: & accersito supremo eunucho, ea quæ decreuerat impera-
 » uit. Ille autem & natura eunuchorum zelotypia laborans, & iam-
 » pridem

A pridem infensus Theageni, ob ea quæ uidebat & suspicabatur, statim eum in uincula ferrea coniecit, & affligebat fame & uerberibus in habitaculo tenebroso conclusum: & scienti quidem, sed tamen alsimulanti inscitiam, & quærenti causam, nihil respondens, quoti dieq; pœnas intendens, & magis quàm uolebat Arsace, ac præceperat, excrucians, neq; ullum introgredi sinens, præter solam Cybelen. sic enim imperatum fuerat. Illa uerò perpetuò ueniebat, et alimenta se illi clam inferre simulabat, tanquam miserans illius sortem, & propter familiaritatem quæ sibi cum eo intercesserat, deplorans: re ipsa autem, quid haberet animi in præsentia fortuna, & si remitteret aliquid & mollior fieret tormentis, explorans. Ille autem magis uirum se præbebat, & tunc præcipuè repugnabat conatibus: corpus quidem affligi sinens, cæterum animos castitatis conscientia attollens: & glorians in illa fortuna, ac exultans, quòd cum maximam partem affligeret, præcipuè præstantissimæq; gratificaretur: insuper occasione declarandæ beneuolentiæ erga Charicliam oblata. Tantum si sciret hæc illa, optimè secum agi existimans: & continuè Charicliam, lucem & animam & uitam appellās. Quod cum etiam Cybele uideret, & quamuis contra sententiã Arfaces (ex qua quod leuiter Theagenem affligi uellet audiebat, ut nō ad mortem, sed ad coactionem traditum) ipsa ut pœnæ intēderentur Euphrati renuntiaret, neq; ita se quicquam proficere sentiret, sed omnino res desperata fuerat, & ipsa præter spem experientia edocta, quibus in malis esset, intelligeret: nunc quidem pœnam ab Oroonda te, si hæc audisset ex Achemene, iam iam expectans: nūc uerò, ne antea mortem sibi cōscisceret Arsace, territa amoris deprehensione, metuens, statuit niti contra ea quæ illi incumbebāt, & magno quodam malo peracto, aut exequi ea quæ Arsace uellet, & in præsentia expectatum ab illa euitare periculum, aut argumenta omnium negociorum tollere, necem simul omnibus moliens animo. Atque ita ad Arfacem ingressa, Ludimus, inquit, operam Domina. Neq; enim quicquam remittit ferox ille, sed semper audacior efficitur, Charicliam semper in ore habens, & illius appellatione tanquam blanditijs se consolans. Ultimam igitur, si placet, anchoram (ut dicitur) iaciamus, & eam quæ est impedimento è medio remoueamus. Si enim cognouerit eam interijisse, consentaneum est fore, ut mutata sententiã assentiatur nostræ uoluntati, cum prorsus desperauerit de illius amore. Rapuit id quod dictum fuerat, Arfacet cum zelotypiam, qua iam pridem laborabat, ira propter ea quæ dicta fuerant intendisset. & Rectè mones, inquit, Mihi curæ erit, ut iubeam hoc piaculum tolli. Quis autem erit qui obtemperabit? respondit Cybele. Cū enim omnia sint in tua potestate, interimere tamen absq; iudicio magistratuum Persicorum, legibus est prohibitum. Opus igitur erit, ut laborem & molestiam suscipias, in con-
fingendo

fingendo crimine & accusatione contra puellam. Præterea incertum est, an simus causam probaturi. Sed si uidetur (omnia enim tua causa & audere & sustinere sum parata) ueneno insidias exequar, & potionem fucis facto aduersariam e medio tollam. Approbavit hæc Arface, & facere iubebat. Illa autem statim aggressa est ad factum: & cum deprehendisset Charicliam in lacrimis & lachrymis, & quid aliud quam lugentem, ac multiplices rationes quibus e uita migraret cogitantem (iam enim senserat Theagenis fortunam, quamuis Cybele initio dolis eam falleret: & quod non appareret, neque ueniret solito more in conclaue, subinde alios atque alios prætextus fingeret) O misera, dicebat. An non desines te macerare, & frustra consumere? Ecce tibi iam & Theagenes emittitur, & ueniet hodie ad uesperam. Domina enim, quæ ob quoddam illius erratum in ministrandi munere paululum fuerat commota, & concludi iusserat, hodie se illum emissuram promisit, festum quoddam patrium celebratura, simul etiam precibus meis adducta. Quam ob rem consurge, ac te recipe, cibum unam nobiscum tandem aliquando capiens. Quomodo autem tibi credere debeam? inquit Chariclia. Nam consuetudo tua me continuè mendacis fallendi, fidemque hæc quæ a te dicuntur adimit. Cybele autem: Per deos, inquit, omnes iuro, omnino fore, ut omnia tibi sint expedita hodie, & ut ab omni cura deinceps uacua sis futura: modo ne te ipsam ante interimas, cum iam tot diebus a cibo abstinueris: sed degusta utique, obediens nobis, ea quæ nunc temporis sunt parata. Vix sanè, sed tamen parebat Chariclia, fraudem quidem usitatam illi suspiciens: ceterum iureiurando ex parte assentiens, & suauitatem eorum quæ promissa fuerant, libens recipiens. Quæ enim expetit animus, libenter credit. Recumbentes igitur comedebant. Et cum Auræ ministranti, & poculis infusum uinum porrigenti, ut prius Charicliæ afferret, Cybele nutu significasset, post illam ipsa uicissim accepto poculo bibebat. Necdum erat totum epotum, cum iam aestuare aures uideri, & eo quod superfuerat effuso, toruis oculis ancillam intueri, & uulsionibus ac inflammationibus acutissimis premi. Incessit autem horror & perturbatio Charicliam, & erigere illam conabatur. Incessit & alios, qui aderant præsentibus. Malum enim, ut uidentur, omni iaculi impetu celerius est, tabifico ueneno tinctum, et uel ad iuuenem & florentem ætate interimendum satis uiriū habet. Tunc autem, cum in senili et iam effæto corpore uersaretur, celerius quam dici potest in præstantissimas partes permanebat. Itaque anus ita consumebatur, & membra uulsionibus remissis, motu omni destituebantur ac dissoluebantur, & color niger superficiem cutis inducebatur. Sed erat, ut existimo, uel ueneno ipso animus fraudulentus acerbior. Si quidem Cybele iam efflans animam, dolos non intermittebat, sed partim nutibus, partim interruptis & morientibus uocibus, significabat

A ficabat Charicliã esse, quæ illi struxisset insidias. Itaq; anus extremum spiritum edebat: et simul Chariclia uincta detinebatur, & ad Arfacen continuo ducebatur. Hac uero quærente, Vtrum uenenũ ipsa parasset: & si nollet uerum fateri, cruciatus ac tormenta minitante: nouum erat Chariclia inspicientibus spectaculum. Neq; enim tristis, aut aliquid præ se ferens, quod degenerem animum argueret, sed ridens uenit in conspectum, & ludibrio habens præsentia negocia: partim propter conscientiam rectè factorum, calumniam negligens: partim gaudens, si Theagene non amplius superstita esset moritura: et quasi in lucro positura nefariũ facinus, quod ipsa in se admittere statuerat, alijs conficietibus. Et, O præclara, inquit. Si quidem uiuit Theagenes, dico me esse in fontem huius cædis. Sin aliquid illi accidit, tuis impijs consilijs, nihil est tibi opus, ut ullis tormentis à me confessionem extorqueas. Habes me, quæ sustuli eam quæ te enutriit, & ad pulcherrima facta instituit, ac interfice sine ulla cunctatione. Nihil enim tantopere est cordi Theageni, qui tuos sceleratos conatus, optimo iure auersatus est.

In furorem uerterunt hæc Arfacen: & cum illam colaphis cædi iussisset, Ita quemadmodum est uinctam ducite (dicebat) præculum hoc, ut illi ostendatis, in simili statu esse pro dignitate præclarum illius amasiũ: & cuilibet membro uinculis iniectis, Euphrati quoq; istam tradite, ut custodiatur ad crastinum diem, & capitali pœna iudicio magistratuum Persicorum damnetur. Cum autem iam duceretur, puella quæ erat à poculis Cybele (erat autem altera ex Ionicis mancipijs, quæ initio iuuenibus in usum obsequij ab Arface donata fuerant) siue quodammodo commota beneuolentia erga Charicliam, propter familiaritatem & consuetudinem, siue diuina uoluntate impulsã, collachrymauit, & uehementius ingemiscens: O miserã, inquit, quæ omnino est à culpa uacua. His uero qui circumstabant admirãtib; et perspicuè quid uellet dicere, proferre cogentibus, se dedisse Cybelæ uenenũ confitebatur, & accepisse ab illa ipsa, ea conditione ut Charicliæ daret: deinde seu perturbatione ex re inusitata anticipatã, seu inhibitã à Cybele, quæ ut prius daret Charicliæ innuerat, permutasse pocula, et anui obtulisse id in quo uenenũ fuerat. Ducebatur igitur rectã ad Arfacem, in lucro ponens, si à crimine uacua Chariclia inueniretur. Generosæ enim indolis & uultus cõmiseratio, etiã barbaricũ genus subire sollet. Cumq; eadẽ dixisset ancilla, nihil proficiebatur: sed ipsam quoque consciam & adiutricem esse dicens Arface, in uincula coniici, & custodiri ad iudicium præcepit. ac primates Persarum, in quorum potestate consilia de Rep. & iudicia & pœnarum determinationes continebantur, nuncijs dimissis, ad iudicium in sequentem diem conuocabat. Et cum multo mane ueniẽtes consedisent, accusabat Arface, ueneficij crimine, omnia ut gesta fuerãt narrans,

& identidem illachrymans, quòd nutricem, & eam quæ illi omni-
 bus rebus fuisset preciosior, & maxima beneuolentia erga se præ-
 ditam amifisset: prouocās ad ipsos iudices testes, quòd cum pere-
 grinam recepisset, ac omnia humanitatis officia illi impertiuisset, ta-
 libus ab illa iniurijs gratiæ loco afficeretur. In summa, illa quidem
 fuerat acerrima accusatrix, nihil autem respondebat Chariclia: sed
 rursus etiam confitebatur crimen, & quòd uenenum dedisset affir-
 mabat: addens insuper, quòd & Arfacen libenter sustulisset, nisi an-
 ticipata fuisset: aliāq; præterea, Arfacen directè conuicijs onerans.
 Cum enim omnes suas rationes noctu in carcere cum Theagene
 communicasset, ac illius uicissim audiuiisset: pactaq; esset, ut si opor-
 teret, omne genus mortis quod decerneretur, sponte adiret, ac di-
 scederet è uita molestiarum plena, & errore irrito, & fortuna im-
 placabili, deniq; cum illi ultimò (ut est consentaneum) amanter ua-
 ledixisset, moniliāq; cum illa exposita, quæ alioqui semper & occul-
 tē ferre ex industria solita fuerat, tum intra uestem utero succinxit-
 set, quasi quædam iusta exequiarum secum ferens, omne crimen,
 omnemq; mortem, cuius insimulabatur, confitebatur, & non insi-
 mulata nihilominus ipsa comminiscabatur. Quam ob causam iudi-
 ces neq; cunctati, parum aberat quin illā atrociori, & Persico sup-
 plicio subijcerent: ueruntamen fortasse quodammodo commoti
 aspectu, ac iuuenili & inuicta forma, ut igne cremaretur decreue-
 runt. Rapta est igitur continuo à tortoribus, & paululū extra mu-
 rum ducebatur, præcone quòd propter ueneficiū ad rogam du-
 ceretur continuè proclamante, & magna multitudine hominum
 præterea ex urbe sequente. Quidam enim ipsi eam uiderant cum
 duceretur, quidā uerò ex auditu & rumore, qui celerrimè urbem
 peruaserat, properabant. Venit autem & Arface, & spectatrix de
 muro fiebat. Acerbum enim illi esse uidebatur, si se aspectu suppli-
 cij Charicliæ non exsatiasset. Postquam autem rogam maximum
 tortores extruxerunt, & flammis subiectis clarè succenderunt, pau-
 lulum sibi concedi temporis Chariclia, ab his qui trahebant, cum
 petiisset, & se sponte rogam conscensuram promississet: O sol, excla-
 mauit, & terra, beatiq; quicumq; supra terram estis, & infra terram
 hominum sceleratorum inspectores & uindices, quòd sim insons
 eorum quorum insimulor, uos estis testes. Sponte autem me la-
 turam mortem, propter intolerabiles animi dolores, benignè cle-
 menterq; suscipite. De hoc uerò piaculo Arface, quæ se sceleratis
 factis polluit, & adultera est, & hæc ut meo sponso me priuet facit,
 quamprimum sumite pœnas. Hæc cum dixisset, omnibus quid-
 dam exclamantibus ad ea quæ dicta fuerant, & alijs inhibere pœ-
 nam ad aliud iudicium adornantibus, alijs iam conantibus, præ-
 uertens rogam conscendit: & in medium sese conferens, diu inta-
 cta stetit, circumuagante potius igne quàm appropinquante, &
 nihil

A nihil nocente, sed cedente, in quam partem se Chariclia coniecisset, ac ut illustraretur tantum, circumstante splendore, magis ob pulchritudinem conspicua, & quasi in igneo thalamo nubens efficiente. Illa autem nunc in hanc, nunc in aliam partem rogi trāsiliebat, admirans illud quod fiebat, & ad mortem accelerans: cæterum nihil proficiebat, semper dante locum igne, & tanquam ad illius motum refugiente. Tortores autem non remittebant quicquid, sed magis etiam tum incumbebant (Arsace quoque nutibus minacibus imperante) ligna congerentes, & fluuiatilem harundinem cumulant, ac omni ratione flammā alentes & cōcitant. Sed nec ita quicquam proficiebatur, sed magis urbs perturbabatur: & diuinam opem esse existimans, Munda est muliercula, insons est muliercula, exclamabat. & accedentes plerique, tortores à rogo repellebant: Thyami incipiente, & populo ad auxilium ferendum animū addente (iam enim & ille aduenerat, immenso clamore id quod fiebat indicante) & Charicliā eripere cupientes, proximè quidem accedere nō audebant, sed ut ipsa rogo excederet puellæ imperabant. Non enim quicquid periculi esse metuendum ei quæ in igne uersata sit, si eum relinquere uoluerit. Quæ uidens & audiens Chariclia, & ipsa putās se diuino præsidio defensam esse, statuit se non ingratham esse debere erga numē, nec reiicere beneficiū: & exiuit è rogo, ut urbs præ gaudio simul & stupore magnū clamorem, & consonantem B tolleret, ac magnos deos inuocaret: Arsace uerò non cōpos sui ipsius, desiliret ex muris: & per portulam excurrens, cum magna cæterua stipatorum, et proceribus Persarum, iniiceret ipsa Charicliæ manus: & populū proteruè aspiciens, Non pudet uos, diceret, sceleratam mulierem, & ueneficam, & authorem cædis in ipso facinore deprehensam, & confessam, conari pœnæ eripere: cum quidem interim dum scelestæ mulierculæ opem fertis, simul Persarum legibus, & ipsi regi, & satrapis & proceribus ac iudicibus resistatis: inde fortasse, quod non conflagrauit, ad misericordiam errore quodam flexi, & dijs euentum illum ascribentes. An non tandem redeuntes ad meliorem mentem, intelligetis, quod hoc ipsum magis illius ueneficium confirmet, cui tanta sit præstigiæ copia, ut etiam ignis uiribus repugnare possit: Conuenite, si uidetur, in concilium crastino die, quod ex uobis publicè constabit: ibi cognoscetis & ipsam confiteri, & à conscijs quos asseruo in custodia, conuinci. Simulque abducebat ipsam, collo inhærens, & stipatores remouere confertos ut in turba imperans. Illi autem partim indignabantur, & resistere cogitabant: partim cedebant, aliquo modo suspitione ueneni adducti: quidā etiam metu Arsaces ac illius potentie deterebatur. Ac Chariclia quidē Euphrati iterū tradit, rursusque in plura uincula conijciebatur, ad secundū iudiciū et suppliciū asseruanda: in lucro maximo in aduersis rebus ponens consuetudinē Theage-

nis, & facultatem rationes suas illi enarrandi. ab Arsace enim & hoc ad augendam poenam excogitatum fuerat, quo iuuenes tanquam illis illudens excrucietur, ut in uno carcere cōclusi, spectatores essent mutuò suarum calamitatum, dum uinculis & cruciatibus affligerentur. Sciebat enim, quòd dolor eius qui amatur, magis amante quam suus excruciat. At uero' ijs factum hoc, consolationis loco potius erat, & in similibus doloribus uersari lucrum ducebant: si alteruter ex ipsis minus cruciatuum sustineret, uictum se esse ab altero, & quasi inferiorem ac languidiorem in amore existimans. Licebat uero' illis uersari secum, & mutuò se consolari, confirmareq; ut fortiter & genere fortunam quæ accidat, & propter pudicitiam & fidem erga se mutuam adita certamina uterq; ferrent. Cum igitur multa usque ad nocturnum tempus inter se colloquerentur eiusmodi, qualia consentaneum est eos esse locutos, qui post illam noctem amplius de colloquio desperassent, & se consuetudine mutua quoad fieri potuit exsatiassent: ad extremum in miraculum illud, quod circa rogum acciderat, animum intenderunt. Ac Theagenes quidem deorum beneuolentiæ causam acceptam ferebat, qui auersati fuissent iniustam Arsaces calumniam, & miserti innocentis ac nihil promeritæ: Chariclia uero' ambigere uidebatur. Nam ista quidem iniustata ratio salutis, inquit, diuino quodam beneficio omnino contigisse uidetur. Cæterum huiusmodi calamitatibus affligi, sine ulla intermissione, ac tormentis cruciari uarijs, ac supra modum, horum esse qui diuinitus affligantur, & in maius odium incurrerint. Nisi forte sit aliquod miraculum Dei secretius, qui in extrema pericula conticiat, & ubi nihil spei sit reliquum seruet. Hæc cum adhuc diceret, Theagene ut in bonā partem interpretaretur adhortante, & ut magis pie sentiret, ac resipisceret admonente: Propitij nobis estote dij, exclamauit. Quale enim nunc mihi somnium (seu uisum fuit) in mentem uenit, quòd cum priori nocte uidissem, tunc quidem nescio quomodo exciderat animo: nunc uero' in memoriam illius redij. Somnium uero' uersus erat, in metri rationē aptatus. Versum autē exposuit diuinissimus heros Calasiris, cuius talis quædam fuit structura:

Pone metum flammæ, Pantarbes freta medela:

Res facilis Parcis, prodigiosa licet.

Theagenes quoq; concussus est, non secus ac ij qui diuino spiritu concitantur, quantumq; concedebant uincula prosiluit, & Benignifitis in nos dij, exclamauit. Nam ego etiam poeta ex recordatione efficior, & oraculum quoddam mihi à simili uate, seu Calasiris fuit, seu deus aliquis Calasiris forma apparens editum est, uidebaturq; talia dicere:

Ad terram Aethiopum uenies, comitante puella,

Vin

Vinculis Arsaces crastinus effugiens.

Quod quidem ad me attinet, quorsum tendat oraculum conijcere possum. Terram enim Æthiopum, eorum qui sub terra ætatem degunt, dicere uidetur. Vnã autem cū puella, id est, cum Proserpina cohabitaturū: & solutionem ex uinculis, hinc ex corpore discessum. Tibi autem quid nam dicit uersus, qui ex contrarijs sibi constat? Nomen quidem Pantarbe, omnia metuēs significat: cæterum promissum uult, non metuendum esse rogum. Tum Charicia: Sua uium, inquit, meum Theagenes, consuetudo uersandi in calamitatibus effecit, ut omnia in deterio rem partem accipias, & coniectura interpreteris. Solent enim ferè homines, ad rationem eorū quæ accidunt, accommodare animum. Cæterum meliora quàm tu existimas, indicare mihi ea quæ uaticinio prædicta sunt uidentur, ut puella fortasse sim ego, cum qua te patriam meam Æthiopiam consensurum esse promissum est, cum Arsacen & illius uincula effugeris. Quomodo autem id sit futurum, neq; nobis manifestum est, neque incredibile: dijs uerò possibile est, & curæ erit ijs qui uaticinia reddiderūt. Nam prædictio quæ ad me pertinet, iam ut scis uoluntate illius perfecta est, & uiuo in præsentia, de qua iam prorsus desperatum fuerat. Atq; adeò cum salutem meam reuinctam mecum portarem, tunc quidem ignorabã: nunc uerò ut mihi quidem uideatur, intelligo. Cum enim indicia mecum exposita, etiam temporibus quæ præterierunt gestare ex industria solita fuissim, tunc magis iudicio de me futuro, quod ultimum fore expectabam, occultè uterò illa succinxeram, si quidem seruarer, uictum et res necessarias suppeditatura: sin aliquid mihi accidisset, ornamenta ultima & iusta exequiarum futura. Inter hæc Theagenes, quæ sunt monilia magno sumptu constantia, & lapides Indici & Æthiopici ualde preciosi: est etiam quidam annulus, dono datus à patre meo matri, tum cum illi desponderetur, lapidem qui uocatur Pantarbe, in pala insertum habens, & literis quibusdam sacris pictus: deniq; cæremonia quadã, ut uidetur, diuiniore plenus, à qua coniecto uim aliquam lapidi accedere, quæ ignem depellat: hoc ijs qui illum habent, ut nullo sensu, nec detrimento in flamma afficiantur, dono dantem. Quæ & me forsitan uoluntate diuina seruauit. Hæc & conijcere possum, & scire ex eo quod diuinissimus Calasiris mihi suggestit: cū eadem & dici & doceri, ijs notis quibus esset insignita exposita mecū fasciã, nunc uerò uterum meū obuoluens, sæpius narrare solitus fuerit. Istæc magis probabilia sunt, & uera, & cum beneficio quod tibi contigit conuenientia, inquit Theagenes: cæterum ex crastini diei periculis, quæ nam alia Pantarbe nos liberabit: Neque enim utiq; immortalitatem (quod utinam fieri posset) depellendis rogis promittit scelerata Arsace, ut coniecturam faceret, alium quendam & magis nouum poenæ modum in præ-

sentia excogitante. Atque utinam simul ambos, & uno genere mortis, & eadem hora, condemnaret: non mortem profecto hoc esse dicerem, sed ab omnibus malis quietem. Chariclia autem: Ades animo, inquit, Pantarben aliam habemus, ea quae sunt nobis uaticinio praedicta. Ac dijs confidentes, seruabimur iucundius: & si opus fuerit, maiore cum pietate patiemur. Hi quidem in horum consideratione uersantes, & nunc lugentes, magisque excruciaci & anxium esse alterum alterius causa quam sua affirmantes, nunc uero ultimis obtestationibus sese mutuo obstringentes, & quod usque ad mortem seruaturi essent sibi fide in amore, per deos & praesentem fortunam iurantes, ita tempus transigebant. Bagoas autem, & equites cum illo missi quinquaginta, multa nocte, somno omnia detinente, Memphim perueniunt. Et cum eos qui erant ad portam silentio excitassent, & quinae essent, dixissent, & cogniti essent, in aulam satrapae properare & confertim ingrediuntur. Ac equites quidem Bagoas ibi relinquit, domicilia satrapica illis cingens, ut si forte existeret aliquis resistendi conatus, ad defensionem essent parati. Ipse uero per quandam ianuam uicinam portae, ignotam multitudini, cum infirmas fores paruo negotio emolitus fuisset, & ei qui ibi habitabat, se indicasset, atque ut silentio premeret imperasset, ad Euphratem consuetudine & peritia locorum accelerabat, ad huc etiam tum paululum lucente luna. Cumque illum deprehendisset in lecto, excitauit de somno, & tumultuantem, & Quis hic est? clamantem, compescuit Bagoas: Ego, dicens: sed lumen inferri iube. Aduocato igitur puero, qui erat assidue circa illum, lychnum accendere, ita ut alios dormire sineret, iussit. Postea uero quam uenit puer, & in candelabrum imposito lychno discessit, Euphrates tum dicebat, Quidnam calamitatis nouae portendit tuus subitus & inopinatus aduentus? Ille autem: Non multis, inquit, uerbis est opus, sed has literas acceptas lege, & ante hoc ipsum symbolum signi cognosce: & quod Oroondates sit is qui dat mandata, fidem habe: quodque ea quae sunt imperata, conducat exequi, ipse prius apud animum aestima. Cum itaque Euphrates accepisset epistolas, & utramque percurrisset: Arface quidem, inquit, lugebit, & in praesentia est in extremo periculo, cum febris quadam tanquam diuinitus immissa pridie tentata esset, & acutus calor successisset, qui illam hactenus detinet, & exiguam spem quod superstes esse possit relinquit. Ego autem has ne quaerenti quidem & postulanti darem, quae potius ipsa moreretur, & nos unam perderet, quam sponte iuuenes hos traderet. Tu uero scias, te per tempus aduenisse, & acceptos peregrinos abducas, ac pro uirili parte ad auxilium illis ferendum, studium tuum afferas. Ac miserere illorum omnino qui miseri sunt ac infelices, & sexcentos cruciatus ac tormenta, me quidem inuito, caeterum ab Arface iusso sustinuerunt: alioqui, ut uidetur,

A uidetur, bono genere nati, & quod me res ipsa & experientia do-
 cuit, omnibus in rebus modesti. Atque hoc dicto, ducebat eum ad
 carcerem. Cæterum Bagoas cum uidisset iuuenes captiuos,
 quamuis iam cruciatibus exhaustos & attenuatos, obstupuit ad-
 miratione proceritatis & pulchritudinis. Illi autem, hoc illud esse
 existimantes, ac intempesta nocte Bagoam uenire, ad iudicium ca-
 pitale & ultimum eos abducturum, paululum sunt perturbati.
 Deinde erecti, læto & exporrecto uultu, quod nihil curarent, &
 magis lætarentur, manifestum indicium ijs qui aderant dabant.
 Iam autem Euphrate appropinquante, ac manus admouente, &
 ligna quibus uincula fuerant conclusa eximēte, Theagenes: Eu-
 gepiaculum Arsace, exclamauit, Noctē ac tenebris sua nefaria faci-
 nora se abscondituram putat: cæterum acris est iustitiæ oculus in
 redarguendo, & in occultis, absconditis, & nefandis rebus in lu-
 cem proferendis. Sed uos ea quæ imperata sunt facitis, & siue i-
 gnis, siue aqua, siue gladius in nos est decretus, eandem simul & u-
 nam mortem utriq; largimini. Petebat hæc eadem quoq; Cha-
 riclia. Illachrymantes igitur eunuchi (intellegerant enim taciti, ea
 quæ dicta fuerant) cum ipsis uinculis eos educebant. Postea uerò
 quam domicilijs Satrapæ sunt egressi, Euphrates eò loci mansit.
 Bagoas autem, & equites, dempto onere uinculorum iuuenibus,
 & ijs tantum quæ illos custoditura, non cruciatura fuerant, reli-
 ctis, & utroq; in equum sublato, ipsos in medio collocatos in or-
 bem stipantes, quanta celeritate potuerunt Thebas proficiscebantur.
 Cumq; quod superfuerat noctis sine ulla intermissione itineri
 tribuissent, & postridie usq; ad horam ferè tertiam nusquam genu
 flexissent, radiorum solis feruorem, ueluti æstiuo tempore in Aeg-
 ypto, nō amplius ferentes, & exhausti insomniā: magis uerò Cha-
 ricliam continua iactatione equitandi defessam uidentes, statue-
 runt aliquò ad equitantes recreare sese, reficere & equos, et puellæ
 respirandi spacium dare. Erat autem ripa quædam & promonto-
 rium Nili, circa quam à recto fluxus perpendiculari aqua recipro-
 cata, & in gyrum semicirculi inflexa, & ad oppositum locum defle-
 xionis conuersa, tanquam sinum quendam Epiroticum efficiebat,
 id quod circumscribebatur, multa pratensi herba, ut qui totus es-
 set irriguus, plenum: multa præterea gramina, pastionem pecudi-
 bus & pascua pinguisima, sponte ferentem: arboribus Persæis &
 et Sycomoris, et alijs quæ Nili societate et alimēto gaudent, conte-
 ctum & adumbratum. Ibi Bagoas, unà cum his qui cum eo erant,
 immoratus est, arboribus tētorij loco usus: cibumq; ipse sumpsit,
 & Theageni cum Chariclia impertitus est: reuētes primū, co-
 gens: & superuacaneum esse cibum capere statim morituros dicen-
 tibus, persuadens, quod nihil eiusmodi euenturum esset affir-
 mando: & quod nō ad mortem, sed ad Oroondatem ducerentur,
 edocendo,

edocendo. Jam autem intenso æstu meridiei relaxato, sole non amplius uertici imminente, sed in latera, & à partibus occidentalioribus radios coniiciente, & Bagoa sese ad iter apparate, aduenit quidam eques, ex perpetuo cursu (ut uidebatur) anhelans ipse, ac sudore manantem equum ægrè sustinens: & cum quiddam seorsim Bagoæ dixisset, quiescebat. Ille autem aliquandiu humi defixo uultu, & quasi cogitatione ea quæ dicta fuerant expenderet: Hospites, inquit, adeste animo, pœnas uobis dedit hostis, mortua est Arface, laqueo se suspendens, postquam uos discessisse nobiscum audiuit, & necessariam mortem spontanea anteuertit. Nam non effugisset ab Oroodate & à Rege supplicium, sed aut interfecta fuisset, aut in reliqua uita perpetua ignominia nota haudquaquam caruisset. Nunc autem hæc significat & nunciat Euphrates. Quare confidite, & bono este animo, qui nulla iniuria, ut exactè cognouit, quenquam lacefsiueritis: ea uerò quæ uos iniuria affecit, sublata sit. Hæc dicebat Bagoas astans, non rectè quidem pronuncians linguam Græcam, & multa adulterina parum aptè coagmentans: dicebat tamen, cum ipse gaudens, propterea quòd proteruitatem Arfaces tyrannicè uiuentis grauiter tulisset: tum etiã iuuenes confirmans, & consolans. Sperabat enim, quòd tamen magnum fuerat, suum studium Oroondati egregiè probatum iri, si seruasset ipsi adolescentem incolumem, qui omnem aliam turbam ab obsequiis, adumbraturus esset: ac puellam inuicta forma, uxorem illius post Arfaces mortem futuram. Gaudebant & Theagenes cum Chariclia illo nuncio, deos magnos & iusticiam inuocantes. Neque se quicquam acerbi passuros esse deinceps, etiamsi asperrima fortuna illos excepisset, arbitrabantur: inimicissima illis, iacente. Sic omnino suaue quibusdam est, uel perire, dummodo inimicorum internecone pereundum sit. Cum autem iam crepusculum ad leniorem flatum diffunderetur, & ad profectiōem commoditate auræ inuitaret, profecti inde, iter habebant illa ipsa uespera, & continua nocte, & sequentis diei matutino tempore, accelerantes ut Thebis Oroondatem, si fieri posset, deprehenderent. Cæterum illis non successit. Sed cum quidam ex exercitu fuisset illis obuiam, & quòd Thebis egressus esset satrapa nunciaisset, quodque ipse missus esset ut omnes milites armatos, etiamsi qui essent in præsijs relictis, cogeret, & ut Syenen accelerarent hortaretur: omnia enim plena esse tumultu ac perturbatione, & metuendū ne urbs sit capta: satrapa quidem tardius ueniente, Aethiopico autem exercitu tanta celeritate ad uim inferendam uso, ut nunciij famam aduentu præuerterit: deflectens de itinere Thebas instituto Bagoas, Syenen proficiscebatur. Jam autem appropinquans, in Aethiopicas insidias, & manum iuuenum armatorum incidit: qui missi fuerant, ut essent speculatores, & securitatem itineris toti exercitui explorando

Arando præstarent: tunc uerò propter noctem & inscitiã locorum
 (id enim fuerat illis imperatum, ut cum à suis remotius discessis-
 sent, ubicunq; commodum esset insidias occuparent) quosdã ue-
 pres ad fluuium subeũtes, simul & sibi præsidij, & hostibus insidia-
 rum faciendarũ causa, insomnes ad illam uepriũ quasi munitionem
 excubabant. Primo itaq; diluculo cum sensissent Bagoam & equi-
 tes cum ipso præterire, & quòd pauci essent dispexissent, paulu-
 lumq; eos præterequirare siuissent, & nullos alios subsequi certò
 cognouissent, subito ex palude cum clamore egressi, eos insequē-
 bantur. Bagoas autem, & reliquus equitatus, cum inopinato cla-
 more perculsi sunt: tum ut ex colore Æthiopes esse eos qui erupis-
 sent cognouerunt, & multitudini neququam se resistere posse ui-
 derunt, (mille enim fuerant ad explorandum missi, leuiter armati)
 ne exactè quidem aspectum illorum sustinentes, fugam fecerunt:
 lentius quidem initio quàm potuissent, & ita ut non præceps & ef-
 fusa fuga uideretur discedentes. Hi autem insequēbantur, primos
 emittentes eos qui inter ipsos Troglodytæ fuerant circiter ducen-
 ti. Troglodytæ autem sunt natio Æthiopica, pascuis dedita, & A-
 rabibus contermina: qui pernicitatem eximiam & à natura conse-
 quuntur, & à pueritia exercent. Ad grauem quidem armaturam
 prorsus non sunt assuefacti: cæterum funda in prælijs iaciētes, aut
 impressione facta, detrimento aliquo afficiunt resistentes: aut si sen-
 serunt eos esse superiores, refugiunt, at illi statim omnem spem in-
 sequendi abñciunt, ualere illos pedum celeritate, & quasdam cauer-
 nas angusti aditus & latebras occultas saxorũ subire scientes. Hi
 igitur tum pedibus equites assequēbantur, & fundis iacentes uul-
 nerabant: ueruntamen conuersorum impetum non exceperũt, sed
 sensim ad suos refugiebant. Quo animaduerso, Persæ, & contem-
 pta paucitate, ausi sunt acie conuersa in illos impetum facere: et pul-
 sis paululum ijs qui instabant, rursus fugam accelerabant, calcari-
 bus equos concitantes: & quantum illis erat uirium, & celeritatis,
 laxatis habenis omne id effundentes. Alij igitur effugiunt, sub uer-
 ticem quendam Nili, tanq; arcem cursu sese conijciantes, & tegmẽ
 to ripæ ne ab hostibus conspici possent, sese abscondentes. Bago-
 as autem capitur, cum equo offendente collapsus, altero crure ut
 mouere illud non posset luxato. Capiuntur quoq; Theagenes &
 Chariclia, partim relinquere Bagoam indignum iudicantes, cuius
 uiri beneuolentiam erga se iam perspexerant, ac in posterum spera-
 bant: eamq; ob causam astiterunt illi, desilientes ad pedes: partim
 effugere nequeunt, uel magis etiam sponte se in illorum potesta-
 tem dedentes. Theagene ad Charicliam, Hoc illud esse somnium,
 dicente, & Æthiopes hos, in quorum terram nos captiuos per-
 uenturos esse fati destinatum est. Cõsultum est igitur dedere nos
 ipsis, & committere potius incertæ fortunæ, quàm certo apud O-
 roondatem

roondatem periculo. Et Chariclia quidē reliquum intelligebat, cum in rem ipsam serie quadam fatali quasi manu duceretur: & melioris fortunæ spem cōcipiebat, amicos magis quā hostes qui ad uenirent existimans. attamen nihil dicens Theageni, eorum quæ cogitabat, se assentiri illius sententiæ tantum significabat. Cum igitur appropinquassent illis Æthiopes, & Bagoam quidē eunuchū esse de facie cognouissent, hos uerò inermes & uinctos, forma & proceritate insignes uiderent, quærebant quīnam essent. Ægyptio quodam ex suorum numero, & altero qui Persicam linguam callebat, ad percontandum adhibito, tanquā aut utrunq; , aut alterum certē intellecturis. Etenim speculatores, et exploratores ad ea quæ fiunt & dicuntur cognoscenda missi, ut eiusdem linguæ & sermonis peritos, qua indigenæ & hostes utuntur, secum ducant, necessitate sunt edocti. Postq; igitur Theagenes longo usu linguæ, ad Ægyptiam & breuem interrogationem, respōdit: Illum esse præcipuum ab obsequijs Persici satrapæ, se autem & Charicliam natione Græcos, à Persis quidē primū captos, nunc autē Æthiopibus, ductu melioris fortunæ oblatos & traditos: statuerunt illis parcere, & captiuos abducere, ut ita primam quasi prædam & maximam regi suo offerrent, preciosissimum quiddam ex facultatibus satrapæ. Persarum enim regijs aulis, oculi sunt & aures eunuchorū genus: qui cum neq; liberos neq; cognatos habeāt, quibus eorū animi deuincti esse possint, pendent ex eo solo qui se illis credidit. Iuuenes autē, donum pulcherrimū, ad obsequium regis, & ornamentū aule futuros existimabant. Deducebant igitur eos statim equis impositos, illū quidē ut sauciū, hos uerò tanq; uinculis impeditos, festinationi itineris celeritate non futuros pares. Et erat tanq; in actione fabulæ prologus, id quod fiebat. Peregrini & captiui, qui paulo antè suspensi tenebantur metu cædis ob oculos uersantis, nō ducebantur amplius, sed deducebātur, in captiua fortuna, caterua eorum qui illis subditi paulopost, futuri erant, stipati. Et hi quidem in tali statu erant.

HELIODORI AETHIOICO.

rum Liber nonus.



SYENE autem iā prorsus obsidione cincta fuerat, & tanquam retibus, copijs Æthiopum conclusa. Oroondates enim, cum propemodum accedere Æthiopes sensisset, & omisis Cataractis, ad Syenem infestis signis contendere, paululum illos anteuertens, ingressus fuit urbem: & clausis portis, ac in muris missilibus, & armis, & machinis dispositis, expectabat id quod futurum erat. Rex autem Æthiopum Hydaspes, cū procul adhuc Persa Syenem esse ingressuros per exploratores cognouisset,

A gnouisset, atq; adeò ea spe quòd illos anteuertere possit, in inse-
 quendo accelerasset, nihilominus tamen tardius affuisset: exerci-
 tum admouit ad urbem, et in orbem muro circumfundens, sine ul-
 lo praelio, tantum quasi in spectaculo asidebat, sexcentis myriadi-
 bus tam uirorum et armorum, quàm animalium, Syenensium cam-
 pos complens, & in angustum redigens. Atq; ibi illum speculato-
 res deprehendentes, captiuos adducebant: ille autem cum delecta-
 tus est aspectu iuuenum, iam inde beneuolentia liberos, quàmquam
 nescius, animi presagio quodam complectens: tum lætus accepit
 omen illud uinctorum adductorum, & Euge, exclamauit, uinctos
 nobis Dijs hostes ex inijs spoliis tradunt. Atq; hi quidem, in-
 quit, cum primi sint capti, ad primitias belli seruentur incolumes
 in eum finem, ut in sacrificijs triumphalibus, sicut recepta moribus
 & institutis Aethiopum lex postulat, uictimæ fiant dijs patrijs, cu-
 stodiendi. Speculatores autem donis remuneratus, hos ipsos &
 captiuos ad impedimenta remittebat, presidio firmo eiusdem lin-
 guæ peritorum attributo: & datis mandatis, cum ut omnis cura &
 diligentia in illorum rationibus adhiberetur, & uictus splendidus
 illis suppeditaretur, atq; ab omni cõtaminatione ac macula uacui,
 tanquam uictimæ quædam asseruarentur: tum ut uincula permut-
 tarentur, & aurea illis inijcerentur. In quem enim usum apud alios
 ferrum, in eum apud Aethiopes aurum destinatur. Et hi quidem
 B ea quæ fuerat imperata, faciebant. Cumq; prioribus uinculis demp-
 tis, & spe liberalioris uiuendi rationis facta, nihil amplius præbe-
 rent, & aureas catenas illis aptarent: tunc & risus subiit Theage-
 nem, & Papæ (inquit) unde tam splendida mutatio: Magnopere
 nobis profectò fortuna blanditur: aurea cum ferreis permutamus,
 & locupletes custodia redditi, maioris precij uincti exitimus.
 Arridebat quoque Charidia, & Theagenem in aliam sententiam
 traducere conabatur, tum his quæ à dijs prædicta fuerant erigens,
 tum melioribus spebus deliniens. Hydaspes uerò Syenē aggressus,
 cum antea primo clamore se cum muris ipsis urbem direpturum
 sperasset, tum autem propemodum à propugnatoribus reiectus
 esset, & re ipsa strenuè impetum hostium propulsantibus, & uer-
 bis ad contumeliam & irritandos animos illudentibus, ira commo-
 tus, quòd prorsus resistere decreuissent, et nō statim ab initio ultrò
 se in illius potestatem dedidissent: statuit non terere tempus cum ex-
 ercitu, ociosa cunctatione: neq; eiusmodi oppugnationes institue-
 re, quibus quidam capi, quidam autem effugere possent: sed obsidi-
 one magni operis, & inuitabili, urbem funditus quamprimum e-
 uertere. Faciebat igitur tale opus. Circulum circa murum in por-
 tiones diuisit, & denas orgyas denis attribuens, latitudinemq; &
 profunditatem maximam designans, fodere fossam iussit. illi uerò
 fodiebant, & alij materiam effossam efferebant. alij tumulum in al-
 tum aggere

tum aggerēbant, alterum murum contra eum qui obsidebatur ex-
 citantes. Nemo autē impediēbat opus, nec obfistebat, quo minus
 muri ambitus perficerentur: erumpere ex urbe propter ingentem
 exercitus multitudinem non audens, & missilium usum ex propu-
 gnaculis inutilem esse uidens, cum medium interuallum inter du-
 os muros tantum esse colligeret, ut extra teli iactum essent n̄ qui o-
 peras faciebāt. Postquam autem & hoc dicto citius perfecit, ut po-
 te ingentibus copijs operi celeriter instantibus, aliud tale incipie-
 bat. Parte circuli latitudine semiplethri, plana & non accumulata
 relicta, desinenti ex utraq; parte extremitati crus aggeris coniun-
 gēs, ad Nilum in longitudinem ducebat, ab humiliori structura in
 altiore semper & magis arduam, crus utrunq; erigens. Contulif-
 set aliquis longis muris molis illius rationem, cum æqualem latitu-
 dinem semiplethri ubiq; seruaret, longitudine uero id quod est in-
 ter Nilum & Syenem spacij occuparet. Postquam autem iunxit ri-
 pis aggerem, deinde tanquam ostio quodam fluuium in alueum
 decliuē, & ex immensa Nili latitudine angusto sinu aqua incidens,
 manuq; factis ripis cohibita, ingentem quendam & ineffabilē cum
 ad ostium strepitum, tum sonitum in alueo, ut uel ab ijs qui longis-
 simè aberant exaudiri posset, edebat. Quod cum audirent iam, &
 uiderent hi qui erant Syene, & in quanta mala incidissent intellige-
 rent, quod uidelicet illius circumuallationis eluuiio scopus esset,
 neq; effugere ex urbe possent, aggere et aquæ affluxu exitum inter-
 cludente: neq; manere tutū esse cernerent, ad opem ferendam sibi,
 quantū facultatis presentis status ratio dabat, sese apparabant. In-
 primis autē, ubi tabulata circa portas discesserāt, stupa & bitumi-
 ne obmuniebant et obturabant: deinde murum, ut firmiori in sede
 maneret, suffulciebant. Hic humum, ille lapides, non nemo ligna,
 & quilibet id quod obuium fuerat aggerens. Deniq; nemo quies-
 cebat: sed & mulieres, & pueri, perinde ac senes, in opus incumbe-
 bant. Nullius enim sexus, nec ætatis opem, repudiat periculum de-
 uita. Robustiori autem ætati, et uegetæ, quæ in armis erat, cunicu-
 li cuiusdam angusti et subterranei ad hostium aggerem agendi ne-
 gotium datum fuerat. Et quidem hac ratione opus perficiebatur.
 Puteum prope murum ferè quinq; orgyarum, recta instar perpen-
 diculi profunditate cū effodissent, & fundamenta subiissent, trans-
 uersim deinceps facibus accensis, rectā ad aggeres ducentem cuni-
 culum agebant: ijs qui subsequēbantur à tergo, & posterioribus,
 semper à prioribus iusto ordine humum effossam recipientibus,
 & in quandā partem urbis iam pridem hortis occupatā efferenti-
 bus, ac in tumultū aggerentibus. Hæc uero faciebant eo cōsilio, ut si
 aqua ad locum illum terra uacuum peruenisset, ad perruptionem
 occasionem & aditum haberet. Sed tamen calamitas anteuerte-
 bat ciuūm

A bat ciuium promptitudinem. Nilus enim iam longum ductum ag-
 geris transgressus, impetu in spacium circuli delabebatur, & undi-
 quaq; circumfluens, spacium inter muros interceptum quasi sta-
 gnum quoddam efficiebat. Atq; ita continuo exitebat insula Syc-
 ne, & mediterranea urbs circumflua, Nili fluctibus æstuans. Initio
 quidem, & unius diei spacio suffecit sustinendæ moli murus. Cæte-
 rum postquam ingruens uis aquæ in altum attollebatur, & per fis-
 suras terræ, quæ cum nigra et pinguis esset, æstiuo tempore disces-
 serat, in profundum penetrabat, & fundamenta muri subibat: tum
 iam ponderi cedebat subiecta moles, & qua parte ob mollitiem &
 laxitatem terra defecisset, ibi murus inclinabat, & uacillatione pe-
 riculum ruinæ denunciabat, cum propugnacula quassarentur, &
 propugnatores ebullitionis impetu concuterentur. Porro uespe-
 ra adueniente, iam & quædam pars muri turribus intercepta cor-
 ruit, non quidem ita ut ruina stagno inferior fieret, neq; ut aquam
 recipere posset, sed ut quinque ulnas utiq; emineret, minitans prope
 modum terrorem eluuiionis. Propter quæ comploratio mixta eo-
 rum qui fuerant in urbe, quæ & ab hostibus exaudiri poterat, ori-
 ebatur: & manus ad cælum tendentes, quod spei reliquum erat,
 Deos seruatores inuocabant. Et Oroondatem, ut legatos ad Hy-
 daspem de pace acturos mitteret, supplices orabant. Ille autem pa-
 rebat quidem, seruus fortunæ uel inuitus factus. Cæterum aquis
 interclusus, & rationis qua transmittere nuncios ad hostes posset
 inops, necessitate est edoctus. Cum enim scripsisset quæ uolebat, &
 ad lapidem deligasset, funda ad hostes nunciij loco adijciebat, sup-
 plices preces trans mare mittens. Cæterum nihil proficiebat, cum
 iactus languidior esset, quàm ut longitudinè æquare posset: & pri-
 us in aquam incideret, quàm spacium superaret. Ille autem rursus
 quoq; eadem ratione epistolam eiaculatus, spe lapsus est: omnibus
 sagittarijs & funditoribus, tanq; ñs quibus erat de scopo fortu-
 næ contentio, summo studio traicere interuallum annitentibus,
 uniuersis autem eadem ratione laborantibus: ad extremum autem
 manus tendentes ad hostes qui in munitionibus stabant, & thea-
 trum illorum calamitates faciebant, miserabili gestu, quid sibi uel-
 lent illi iactus, quantum fieri potuit indicabant: nunc quidem ab
 anteriore parte manus protendentes in speciem supplicum, nunc
 uero post terga ad uincula recipienda circumducentes ad seruitu-
 tis confessionem. Hydaspes autem agnoscebat quidem illos salu-
 tē petere, & paratus fuerat illis eā dare. Indicit enim quodāmodo,
 & imperat præstantibus uiris clementiam, subiectus hostis. In præ-
 sentia uero cum expeditam rationem nullam haberet, statuit cer-
 tius sumere hostium experimentum. Erant autem iam antea nauig-
 gia fluuiatilia parata, quæ per defluxum fossæ ex Nilo ferri sinens,
 postquam ad ambitum aggeris delata sunt, attracta detinuit. Ex

his decem quæ nuper compacta fuerant, cum delegisset, & sagittarios ac armatos in illa imposuisset, & imperasset quæ illos dicere oporteret, ad Persas emisit. Illi autem transmittabant instructi, ut si quid uel præter spem tentarent ij qui erant in muris, ad ineundum prælium essent parati. Erat autem in primis nouum spectaculum, cum nauis à muris ad muros transiret, et naua in mediterranea regione nauigaret, denique nauigium per locum cultum impelleretur. Cumque sit nouarum rerum author semper tumultus belli, tunc maxime miraculum omnino inusitatum introducebat, nauales copias cum ijs quæ ex muro depugnabant committens, & contra palustrem militem, terrestrem armans. Hi igitur qui erant in urbe, nauigia & milites ad eam partem ubi murus corruerat, appellere conspicati, homines attoniti, & terrore iam ac perturbatione propter circumstantia pericula pleni, etiam eos qui salutis eorum causa ueniebant, in suspicionem uocabant (siquidem omnia sunt suspecta & formidabilia, quæ in extremo periculo eueniunt) et iaciebant de muris, & iaculabantur in naues. Sic omnino homines etiam qui de suis rationibus desperarunt, semper quod superest temporis ad dilationem mortis, in lucro ponunt. Iaciebant autem ita dirigentes ictus, ut non uulnerarent, sed & accessum prohiberent. Iaculabantur autem uicissim Aethiopes, & ut certiori ictu petentes, & nondum animum Persarum intelligentes, continuo duos quosdam, ac deinceps plures transfigunt: ut aliqui subito et ex improviso acceptis uulneribus de muris extrorsum & in aquam, in caput deuoluerentur. Et quidem magis exarsisset prælium, his parcendo tantum prohibentibus, Aethiopibus autem etiam cum ira sese defendentibus: nisi quidam homo illustris, & iam senex, ex Syenensis, interueniens, ad eos qui erant in muro uerba fecisset: O amētes, inquit, & præ calamitatibus obstupefacti, quibus hætenus supplices eramus, & in auxilium aduocabamus, hos cum præter omnem spem & opinionem aduenissent, iam arcemus: qui si amico animo ueniunt, ea quæ ad pacificationem pertinent, nūciantes, seruatores nostri erunt: sin hostilia cogitant, facillime etiam si applicuerint, superabuntur. Enimuero qui magis rationibus nostris consulimus, etiam si hos confecerimus, cum tanta nubes, terra & aqua urbem cinxerit: cur autē non potius eos recipimus, & quæ sit illorum sententia cognoscimus? Omnibus in rem dicere uidebatur. Collaudabat autem & Satrapa, & ex collapsa muri parte huc atque illuc decedentes, immotis armis quiescebant. Postquam autem spacium illud inter turretes uacuum fuit propugnatoribus, & populus uelamentis signum dans concedere se portum significabat: tunc Aethiopes propius accedentes tanquam pro concione, ex nauigijs ad obsestum theatrum talia dicebant: O Persæ, & Syenenses qui adestis: Hydaspes orientalium & occidentalium Aethiopum, in præsentia uero &

Aro & uester Rex, cum hostes domare nouit, tum ad misericordiam erga supplices à natura procliuus est: illud quidē fortitudinis, hoc autem humanitatis: atq; alterum uirtutis militum, alterum ipsius proprium decus esse iudicans. Cumq; uitam uestram habeat in potestate, ita ut eam uobis largiri, aut eripere possit: tamen quandoquidem supplices estis, liberat uos, omnibus ob oculos uersante & minimè dubio belli periculo: conditiones, quibus uelit hisce calamitatibus liberari, non ipse proponēs, sed uobis, uestro arbitrio eligendas permittens. Neque enim pro sua libidine tyrannicum quicquā statuit, sed mansuetè & sine inuidia gubernat hominum fortunam. Ad hæc Syenæi quidem responderunt: seipsos, & liberos, & coniuges dedere in illius potestatem, ut illis utatur pro arbitrio: & urbem illi, si manserint superstites, tradere, quæ & nunc in extrema desperatione uacillet, nisi quæ salus à Dijs, aut ab Hydaspe missa, excidium anteuertit. Oroondates autem: Ex ijs quæ belli causæ & præmia fuerunt, se decessurum esse dixit, & dimissurum Philas urbem, & Smaragdeas fodinas: cæterum petere, ut in ipsum nihil durius statuatur, neq; se ipse neq; milites dedat. Sed si uelit Hydaspes integrum officium humanitatis declarare, concedat nullum damnum inferentibus, neque manus contrà eleuantibus, discedere Elephantinam: quòd sibi perinde esset nunc mori, atq; deinceps superstitem, proditiōis exercitus à Rege damnari.

BQuin etiam grauius illud esse futurum, & asperius: quādoquidem nunc simplex genus mortis & usitatum fortasse illi subeundum esset, tunc uerò crudelissimum, & cum acerbissimo supplicio noua quadam ratione coniunctum. Hæc cum dixisset, ut duos Persas reciperent ad sese, orabat, eo prætextu, quasi Elephantinam essent ituri: & si quidem illi qui ibi essent, ad deditiōnē inclinassent, neq; se amplius, quin idem faciat, cunctaturum. Hæc cum audissent præterea legati, continuo profecti sunt in altum duobus Persis assumptis, ac deinde omnia Hydaspi renunciarunt. Ille autem cum subrisisset, & multis modis ob stoliditatem Oroondatem reprehendisset, quòd de conditionibus differeret, homo qui non ex se, sed ex altero, utrum illi uiuendum an moriēdum esset, anceps animo penderet: Stultum est, inquit, propter unius amentiam, tantam multitudinem internecione delere. & eos qui fuerant missi ab Oroondate, Elephantinam ire permisit, tanquam nihil omnino curans, etiamsi illi resistendi consilia quæpiam inuissent. Ex suis autem, alijs ut ostium Nili fossa deductum obstruerent, alijs ut aliud in aggere excinderent, negotium dedit: ut ita et influxu prohibito, & stagnante aqua effluxu delapsa, celerius exsiccare posset spacium circa Syenem, & ad ingressum durari. Ac hi quidem iussa, paululum modò opus exorsis, postero die executuri fuerant: uespera statim & nocte deinceps, ijs quæ commemorata sunt mandatis, superueniente,

ueniente. Porro ij qui erant in urbe, obuium, & quod haberi poterat, auxilium, non intermittebant, de salute quamuis praeter spem oblata non desperantes. Et alij subterraneum cuniculum agentes, iam aggeri appropinquare uidebantur, interuallo a muro ad aggerem, quod oculis erat subiectum, in fossam schoeni mensura esse deprehenso. Alij murum facibus adhibitis erigebant: facilis autem erat instauratio, lapidibus introrsum in ruina deuolutis. Postquam autem praesentis temporis rationem tutam esse arbitrabantur, neque tum tumultu & perturbatione caruerunt: sed media nocte pars quaedam aggeris, quam sub uesperam Aethiopes perfodere ceperant, (seu quod terra laxa, & minimè densa illo loco aggesta, celsit fundamentum humidum redditum: siue his qui suffodiebant, ut fundamentum propter uacuum spacium inferius desideret & collaberetur efficientibus: siue in eum locum ubi angustius fodi ceptum fuerat, aqua post discessum operariorum succedente, & noctu aucta moles dissolui cepit, cum id quod semel perruptum fuerat, magis ac magis perforaretur, & sensim profundius fieret: siue diuino auxilio quispiam ascribat hoc opus) praeter opinionem rumpitur, tantusque sonitus atque strepitus est redditus, auditu mentem perterrefaciens, ut id quod acciderat ignoraretur: ceterum maximam partem murorum abreptam esse, & Aethiopes & Syenaei suspicarentur. Et illi quidem cum in tuto degerent, securi sese in castris continebant, diluculo planè quid esset cognituri: hi autem qui erant in urbe, undique murum & in orbem circuibant, cum quisque apud sese integrum cerneret, apud alium autem cladem illam accidisse coniectaretur: donec orta lux nebulam calamitatum, de quibus ambigebatur, dispulit, cum ruptura conspiceretur, & aqua subito abscessisset. Iam uerò & Aethiopes deriuatum ostium obstruebant, cataractas ex tabulis compactas demittentes, & lignorum crassis stipitibus extrinsecus fulciantes: simulque humum & farmenta colligantes, quam deinde multa millia repente partim a ripa, partim nauigijs ingerebant. Atque ita tandem abscessit aqua: neutris tamen erat peruium iter ad alteros. limo enim profundo terra plena fuerat, & sub superficie, quae exsiccata esse uidebatur, humidum latebat, quod equi aequè atque hominis gressui haerenti in profundo insidiabatur. Dies igitur duos, tresue, ita tempus transigebant: apertis quidem portis Syenaei, depositis uerò armis Aethiopes, pacem significantes. Ac erant induciae quaedam absque mutua conuersatione, neque amplius apud utrosque excubiae in stationibus habebantur. Quin etià hi qui in urbe erant, oblectationibus operam dabant. Etenim quodammodo acciderat, ut tunc quoque Niloa, maximum apud Aegyptios festum, exoriretur: quod quidem circa solstitium aestiuum maximè, & quando initium crescendi fluius capit, celebratur, ac in summo honore praeter ceteris omnibus habetur, propter

tur, propter eiusmodi causam. Deum esse fingunt Nilum Aegyptij, & ex numinibus maximum ducunt, emulum esse Coeli fluuium praedicantes: quod illis absque nubibus & pluuijs aerijs arua irriget, & quotannis continua serie humectet, tanquam imbre. Et haec quidem iactantur à uulgo. Quae uerò diuinis laudibus ornant, illa sunt: quod humidæ & siccae substantiæ copulationem, ortus & uitæ hominum causam maximè putant esse (alia uerò elementa cum his unà adesse & apparere dicunt) et humidam quidem Nilum, alteram autem terram efficere. Sed & hæc peruulgata sunt. Cæterum mysteriorum periti, terram Isim, et Nilum Osirin esse affirmant, res nominibus commutantes. Flagrat igitur illius totius desiderio Dea, & gaudet cum sibi adest, & non apparentem rursus luget, atque tanquam aliquod inimicum fulgur odit: uiris, ut existimo, in naturalium rerum & diuinarum consideratione uersantibus, significationes his insperatas profanis non detegentibus, cæterum specie fabulæ primùm eos erudiantibus: porro hæc cognoscendi studiosos, in ipso sacrario ignifera face manifestius rebus ipsis iniantibus. Et nobis quidem hæc propitio numine dicta sint: cæterum magis arcana alto silentio premantur, honoris causa. Hæc autem quæ circa Syenem acta sunt, deinceps ordine pertexantur. Siquidem festo Nilorum exorto, indigenæ quidem mactationibus uictimarum & sacrificijs uacabant, corporibus quidem & circumstantibus malis laborantes: animis uerò, pietatis erga numen, pro facultatibus, haudquaquam oblitæ. At Oroondates obseruata occasione, media nocte cum Syenæ arcto somno post epulationes premerentur, clam educit exercitum, cum antea & horam unam, & portam qua egrediendum esset, clanculum Persis indicasset. Imperatum autem fuerat unicuique decurioni, ut equos & iumenta relinquerent, ne impedimento essent in itinere, neue aliquo modo ex strepitu sentiri possent ea quæ fierent. Cæterum arma tantum acciperent, & trabem aut asserem nacti unà ferrent. Postea uerò quàm congregati sunt ad portam, ut edictum fuerat, ligna quæ unaquæque decas baiulauerat, luto transuersa iniiciens, & ita ut inter se cohærent componens, cum qui à tergo subsequerentur, semper præcedentibus per manus traderent, tanquam per pontem facillimè & celerrimè multitudinem traduxit. Terram autem attingens, & Aethiopes qui nihil eiusmodi suspicabantur, neque excubiarum curam amplius habebant, sed securè dormiebant, clam præteriens, quanta potuit celeritate, & quantum spiritus suppeditabat, Elephantinam exercitum duxit, & sine impedimento in urbem est intromissus, cum duo Persæ, qui Syene præmissi fuerant (sic enim conuenerat) nocturno tempore aduentum obseruarent: & postquam constitutam tesseram pronunciarunt, continuo portas patefacerent. Illucescente uerò die, Syenæ primùm fugam cognoscebant, ab initio in sua quisque

domo Persas, qui ab illis hospitio accepti fuerant, nō uidentes: dein
 de & concilio coacto inquirētes, deniq; & ex ponte suspiciōē ca-
 pientes. Rursus igitur maximus terror & cōsternatio eos incelsit,
 et secundarū iniuriarum crimen grauius expectabāt: quōd tantam
 clementiā experti, parum fidos sese prēbuisent, & facultatem fugi-
 endi Persis dedissent. Statuerunt igitur uniuersi urbe exeūtes, tra-
 dere sese Aethiopibus, & iureiurando inscitiā suam confirmare, si
 quo modo ad misericordiā flecti possent. Congregata igitur omni
 ætate, & ramis ad speciem supplicū declarādā sumptis, ac cereis
 & facibus accensis, sacra genera Deorū, et simulachra, tanq; cadu-
 ceos præferentes, ad Aethiopes per pontem cū uenissent suppli-
 ces, à longinquo genibus flexis sedebant, et quasi ad unū signum ac
 uocem, lugubrem & miserabilem eiulatū edētes, supplicum gestu
 culpam deprecabātur. Deniq; ad maiorem misericordiam captan-
 dam, pueros infantes in terram ante se depositos, ferri pro arbitrio
 permiserunt, per ætatē ab omni suspiciōe et culpa alienā, iram Ae-
 thiopum præmollientes. Infantes autem præ consternatione, & in-
 scitia eorum quæ fiebāt, parentes quidem & nutritios, fortasse im-
 menso clamore auersi refugiebāt: ad uiam autē quæ ducebat ad Ae-
 thiopes quidam reptabant, quidam uerō balbutiētes & eiulantes
 apto ad misericordiam mouendam modo ferebantur, tanq; repre-
 sentante in illis supplicem habitū fortuna. Hydaspes autem cum
 hæc uideret, & supplices preces iam pridem significatas augere il-
 los, ac omnino culpam confiteri arbitraretur, missō nuncio quæ-
 rebat quid uellent? Et qui fieret, quōd soli, et non cum Persis ueni-
 rēt? Illi autem omnia exponebant, fugam Persarum, suam innocen-
 tiam, festum patrium, & quōd se intentis in cultū numinis, & post
 epulationes in somnum uersis, clam effugissent: cum forsitā, etiam
 si uiderent, nudi armatos prohibere non possent. Hydaspes igitur
 cum hæc illi renunciata fuissent, suspicatus (id quod erat) dolum a-
 liquem & insidias Oroondatem structurum, solis sacerdotibus ac-
 cersitis, & simulachris Deorum, quæ secum unā ferebant maioris
 autoritatis causa, adoratis, si quid plus de consilijs Persarū eum
 docere possent, & quorsum nam cōtenderint, aut quo potissimum
 fidant, quærebat. Illi autem, alia quidem sibi ignota esse dicebant:
 cæterum se conijcere, Elephantinam eos contendisse, ubi maxima
 pars exercitus collecta sit; & Oroondates, cum alijs, tum præcipuē
 cataphractis equitibus confidat. Hæc cum dicerent, & ut urbem
 tanquam propriam ingrederetur, iramq; contra illos remitteret,
 supplicarent: ingredi quidem in urbem in præsentia Hydaspi uisum
 non est, cæterum duabus phalangibus armatorum immisis ad ex-
 plorandas quas suspicabatur insidias, aut si nihil esset eiusmodi,
 præsidio urbi futuras: & Syenensibus cū benignis promissis dimis-
 sis, ipse exercitum in aciem eduxit, aut excepturus aduenientes Per-
 sas, aut

A fas, aut cunctantes aggressurus. Necdū totus erat instructus, cum
 speculatores uenientes aduentum Persarum, ad prælium instru-
 ctorum nunciabant. Oroondates, cum alium exercitū Elephan-
 tinam conuenire iussisset, ipse uerò quando Aethiopes præter opi-
 nionem aduenire uidebat, incurrere cum paucis Syenem coactus
 esset, & aggeribus interclusus salutem petiisset, ac iuxta promissa
 Hydaspis impetrasset, perfidia uincebat omnes homines. Cumq̃
 perfecisset ut duo Persæ unà cum Aethiopibus transmitterent, eo
 prætextu quasi sententiam eorum qui Elephantinæ erāt, essent ex-
 ploraturi, quibus conditionibus uellent cum Hydaspæ pacem face-
 re: reuera autem, utrum sese ad bellum apparare statuerent, si ille
 aliquo modo effugere posset: fraudulentum propositum re ipsa e-
 xequebatur. Et cum paratos deprehendisset, statim educebat, ne
 paululum quidem quin ad hostes pergeret differens: sed in celeri-
 tate, ut ita apparatus hostium (ut existimabat) præuenteret, om-
 nem spem ponens. Iam igitur erat in conspectu, fastu Persico aspe-
 ctum præoccupans, & argenteis ac deauratis armis campum tan-
 quam fulgure quodam illustrans. Tum primū enim ex oriente
 sole, & radios in aduersos Persas conijciente, fulgor quidam ineffa-
 bilis, & proprium iubar grauioris armaturæ resplendentis, etiam
 in eos qui longissimè aberant proijciebatur. Ac dextrū quidem
 cornu Persæ & Medi indigenæ tenebant, armatis præcedentibus,
 B sagittarijs autem à tergo subsequētib; ut cum grauiore armatu-
 ra carerēt, tutius iaculari possent, armatorum præsidio tecti. Por-
 rō Aegyptiorum & Afrorum manum, & peregrinam omnem, in
 sinistro collocauit: sagittarijs & fundatoribus his quoq̃ adiūctis,
 quibus ut excursiones facerent, & à lateribus factō impetu iacula-
 rentur, imperauit. Ipse uerò mediam aciem tenebat, curru falcato
 splendidè insidens, & ab utraq̃ parte collocata phalange securita-
 tis caussa stipatus, cataphractis equitibus tātum ante se instructis:
 quibus præcipuè confisus, prælium committere ausus est. Siqui-
 dem est hæc phalanx bellicosissima, & tanquam murus belli infra-
 ctus ante reliquum exercitum obijcitur. Armaturæ autem ratio
 ipsis talis est. Vir lectus, & robore corporis præstans, galeam su-
 mit cohærentem & compactam, ac faciem uiri exactè, non secus ac
 in personis uidere est, exprimentem. Hac à uertice usq̃ ad collum
 totum, præter oculos transpiciēdi caussa, tectus, dextram quidem
 armat conto maiori quàm hasta, sinistra autem regendis habenis
 uacat: gladio uerò ad latus suspenso, non tantum pectus, sed etiam
 totum corpus lorica munitum habet. Lorica autem ita conficitur.
 Laminis æreis & ferreis, quadrangula forma, magnitudine palmi
 ductis, aliam super aliam ad extremitates laterum aptantes (ut infe-
 riori parte subiectam, in transuersum autem conuersa, proximam
 semper continua serie conscendant) & suturis subter commissuras

texturam connectentes, tunicam quandam squammatā efficiunt: quæ sine ulla molestia corpori incumbit, & undiquaq; adherescit. Circumscribit autem unumquodq; membrum, & sine ullo impedimento in motu contrahitur & extenditur. Est enim manicata, à collo usq; ad genu demissa, in solis femoribus, qua parte tergum equi conscenditur, necessitate ita postulante, discincta. Lorica igitur est talis, tela retundens, & omnis generis ictibus resistens. Ocrea uerò à summa planta ad genu pertingit, conferta cum lorica. Consimili autem apparatu & equum muniunt: pedes ocreis circumligantes, & frontalibus caput prorsus operientes: à tergo uerò, ad uentrem circa utrunq; latus, tegmentū ferreis nexibus constans, suspendentes, ut simul & armet, & propter interceptum uacuum spaciū cursum minimè impediatur. Sic instructus, & quasi in armaturam iniectus, insidet equo: non ipse insiliens, sed alijs propter pondus sustollentibus. Et postquam pugnae tempus aduenit, equo frenum remittens, & calcaribus eum concitans, omni impetu in hostes fertur, ita ut ferreus uir aut statua quaedam malleis compacta moueri uideatur. Contus autem qua parte cuspis est, longè in directum prominet, & uinculo ad collum equi sustinetur. Porro manubrio nodo ad femora equi annectitur, qui nō cedit in conflictu, sed adiuuat manum equitis ictum tantum dirigentem: atq; ita ipso magis intendente, & renitendo uehementiorem efficiente ad uulnerandum impetum, transfigit quemlibet obuium, & duos uno ictu suspensos fert sæpius. Cum igitur talem haberet equitatum satrapa, & sic exercitū Persicū instruxisset, procedebat ad hostes ex aduerso. Et à tergo semper fluuium relinquens, quia multitudine longè inferior erat Aethiopibus, aqua tanquam muro quodam obiecta, quo minus ab hostibus circumueniri posset, prouidebat. Vicissim autem ducebat exercitum Hydaspes: cōtra Persas & Medos, qui erāt in dextro cornu, milites ex Meroe in armis dimicantes, & statariæ pugnae peritos, instruens. Porro ex Troglodytica regione, & ei tractui uicinos, in quo cynamomum prouenit, leui & expedita armatura instructos: & singulari pedum celeritate præditos, & iaculandi arte præstantes, ijs qui in sinistro cornu collocati fuerant, negocium facessituros opposuit. Mediam autem aciem Persici exercitus, cum elatam esse robore audisset, se illi & elephantos turratos qui circa ipsum erant opposuit, adiunctis Blemmyum & Serum armatis, & iisdem edoctis, quæ illos facere cum ad rem uentum esset, oporteret. Cum autē signa utrinq; concinerent, Persico quidem exercitu tubis, malleis uerò ac tympanis Aethiopibus signum pugnae dantibus: Oroondates clamore suos adhortatus, concitato cursu phalanges ducebat. Hydaspes autem initio tardius obuiam procedere iubebat, gradū gradu lentè permutantes, hac ratione & elephantis ne desererentur à propugnatoribus

toribus prospiciens, & simul impetum equitum qui erant in medio ante conflictum consumens ac dissolvens. Cum autem à sese ad teli iactum distarent, & cataphractos equos irritare ad inuadendum, Blemmyes animaduverterent, ea quæ imperata fuerat ab Hydaspæ faciebant: & Seribus, ut essent præsidio elephantis, relictis, ipsi longè ante ordines prosiliunt, & quanta celeritatè poterant ad cataphractos contendunt, furoris speciem intuentibus præbentes, quod tam pauci contra plures & ita armatos procurrare audent. Persæ autem magis etiã tum quàm prius citatis equis inuehebantur, in lucro ponentes illorum audaciam: & eam spem concipientes, quasi illos continuo & primo conflictu essent rapturi. Tunc Blemmyes, cum iam ad manus uenissent, & propemodum in hastis hæerent, subito, & quasi ad unum signum subsidunt, & equos subeunt, genu quidem altero terræ innixi, caput uerò & tergum equis subiicientes sine ullo detrimento, nisi quòd calcationem sustinere cogebantur. Cæterum rem incredibilem, & præter omnium opinionem faciebant, & lædebant equos, uentrè illis in transitu suffodientes. Quamobrem cadebant non pauci, equis propter dolorem frenū aspernantibus, & sessoribus excutientibus. Quos aceruatim iacentes, Blemmyes sub femoribus dissecabant. Immobiles enim Persarum cataphractus, si ductore careat. Quicumque autem integris equis euaserant, ad Seres ferebantur. Illi autem, statim ut appropinquabant, post elephantos sese recipiebant, ad animal tanquam ad tumulum aut propugnaculum aliquod confugientes. Ibi magna cædes, et propemodum ad internecionem usque accidit equitibus. Equi enim ad inusitatam elephantorum speciem subito nudatam, & magnitudinem peregrinam ex conspectu formidinem incutientem, alij retrorsum fugientes, alij inter sese permixti & coarctati, ordinem phalangis celerrimè turbarunt. Et hi qui erant in elephantis, cum sex singulas turres occuparent, & bini ab unoquoque latere iacularètur, sola parte supra caudam uacante, adeò continuè & directè ad scopum è turribus tanquam ex arce tela mittebant, ut densitas iaculorum nubis speciem Persis exhiberet: præcipuè cum oculos hostium scopos sibi proponentes Aethiopes, tanquam non pari conditione pugnarent, sed iaculandi peritiæ certamen inirent, ita scopum collimarètur, ut hi qui transfixi fuerant iaculis, sine ullo ordine ferrentur per multitudinem, sagittis illis tanquam tibijs ex oculis prominentibus. Quod si aliquos ex impetu cursus, cum sese cohibere non possent, equi uel inuitos eueherant, elephantis obijciabant. Et hi quidem ibi ita consumebantur, cum partim ab elephantis euerterentur & protererentur, partim à Seribus & Blemmyibus tanquam ex insidijs post elephantas locatis, excursionibus facientibus, & alios certo ictu uulnerantibus, alios cominus ex equis in terram deijcientibus, conficerentur. De

nique quicumq; effugiebant, nullo facinore memorabili edito, nec
 ullo detrimento elephantis illato, discedebant. Siquidē bellua fer-
 ro est munita, cum in praelium descendit: & alioqui etiam natui æ
 dono soliditate & duricie prædita est, aspera squamma superfici-
 em obducente, & omnem cuspidem contrario nixu frangente ac
 repellente. Postremò omnibus qui superfuerant semel in fugā uer-
 sis, turpissimè omnium satrapa curru relicto equum Nisæū con-
 scendens profugit, ignorantibus hoc qui in sinistro cornu fuerant
 Aegyptijs & Afris, ac strenuè praelium ineuntibus, & plura qui-
 dem accipientibus quàm inferentibus uulnera: cæterum obstina-
 to animo acerba perferentibus. Nam milites ex cynamomifera re-
 gione, cōtra illos instructi, uehementer illos prementes, ad inopi-
 am consilij & desperationem redigebant: refugientes cum illi adue-
 nirent, & longè præcurrentes, auersisq; in tergum arcibus etiam
 in fuga iaculantes: cedentibus uerò instantes, & à lateribus alij fun-
 dis iacientes, alij paruas quidem sagittas, cæterum ueneno draco-
 num infectas, conijcientes. Textura enim quadam rotunda capiti
 imposita, & sagittis in orbem transfixa, partem quidem sagittæ ala-
 tum ad caput conuertunt, porrò spicula tanquam radios extror-
 sum prominere sinunt. Et inde expeditè in praelijs tanquam ex pha-
 retra promens quilibet, strenuum quendam & quasi Satyricū sal-
 tum faciens, & iaculis coronatus nudo corpore in hostes immittit,
 nihil omnino ferri ad spiculum indigentem. Os enim ex tergo dra-
 conis auferens, primum longitudine ulnæ iaculum adæquat, dein-
 de extremitates quàm maximè potest expoliendo exacuens, sagit-
 tam natiuo cum spiculo efficit, ab ossibus etiam fortassè Græcis sic
 cognominatam. Longo igitur tempore conseruarunt ordines Ae-
 gyptij, & confertim densatis scutis iacula sustinebant, alioqui natu-
 ra patientes, & mortis contemptu non tam utiliter quàm ambitio-
 se gloriantes, fortassis etiam poenam desertorum ordinum prospici-
 entes. Cæterum postquam cataphractos, quod præcipuum ro-
 bur & belli spes esse existimabatur, profligatos esse cognouerunt,
 & satrapam fugisse, & Mediæos ac Persicos milites laudatissimos
 nihil admodum præclari gessisse, sed pauca damna intulisse Mero-
 ensibus, contra quos instructi fuerant, plura uerò passos esse, ac re-
 tentes fuga subsequi, remiserunt & ipsi contentionem, & terga uer-
 tentes fugiebant. Hydaspes autem ex turre, tanquā ex specula, præ-
 claræ uictoriæ spectator cum esset, nuncijs dimissis ad eos qui inse-
 quebantur, ut à cæde abstinerent edixit: sed uiuos quos possent ca-
 perent & adducerent, & ante omnes Oroondatem, quemadmo-
 dum & accidit. Expansis enim phalangibus in formam scuti orbic-
 ularum, Aethiopes, & magna latitudine ordinū in longitudinem
 utrinq; extensa, deinde cornibus conuersis in orbem Persicum ex-
 ercitus compulerunt, & unam tantum uiam ad flumen patentem
 fugæ

A fugæ hostibus reliquerunt. In quod cum multi inciderēt, ab equis
 & falcatis curribus & reliquo tumultu ac multitudine compulsi
 cum magna trepidatione, cognouerunt, quod stratagema quo ui-
 debatur esse usus contra hostes satrapa, fuisset ineptum, & nulla ra-
 tione factum. Siquidem cum initio ne circumdarentur metueret,
 & propterea ita instrueret exercitum, ut à tergo Nilus esset: non a-
 nimaduertit, se sibi fugæ spacium obstruxisse. Ibi igitur & ipse ca-
 pitur, cum Achemenes Cybeles filius, qui iam omnia quæ acta fue-
 rant Memphi audierat, in illo tumultu eum dolo interficere cona-
 tus esset (pœnitebat enim illum eorum quæ de Arface indicauerat,
 argumentis quibus indicia probare potuisset sublatis) sed tamen
 spe frustratus, letale uulnus illi non intulisset. Is tamen dedit statim
 pœnas, à quodam Æthiope ex arcu transfixus, qui cognouerat sa-
 trapam, & seruare (sicut fuerat imperatum) uolebat: ac indignaba-
 tur scelerato facinori, quod quispiam hostes effugiens, rursus suos
 aggrediretur, opportunitatē fortunæ ad ultionem inimici obser-
 uans. Hunc igitur adductum ab eo qui ceperat, Hydaspes defici-
 entem animo conspicatus, & multo cruore manantem, quem qui-
 dem facile ijs quæ ad hunc usum parata fuerāt inhibuit, cum statu-
 isset seruare si posset, & confirmasset oratione: Optimè, inquit, tibi
 quidem ut superstes sis, mea uoluntate conceditur. Pulchrum est
 enim uincere hostes, stantes quidē adhuc prælijs, collapsos autem
 B beneficentia. Cæterum quid fuit in causa, quod tam perfidus exti-
 tisti? Ille autem: Erga te, inquit, sed fidus erga meum dominum.
 Et Hydaspes: Cum igitur succubueris, quā in te ipsum pœnam sta-
 tuis? rursus quærebat. Quā uerò, inquit, rex meus ab aliquo tuo-
 rum ducū, qui tibi fidē seruant, capto expeteret? Sanè, inquit, col-
 laudaret, & cum donis remitteret: siquidem rex uerus est, & nō ty-
 rannus, & studet ut sui alienis laudibus incitati, similia exempla æ-
 mulari discant. Enimuero, ô præclare, fidum te quidem esse dicis:
 sed quod imprudens fueris, an non ipse fateberis, qui tot myriadi-
 bus temerariè te opponere ausus sis? Non eram fortassis impru-
 dens, respondit, in conijcienda regia uoluntate, qua ille maioribus
 pœnis afficit timidos & ignauos in bellis, quàm præmijs fortes ac
 strenuos. Statui igitur occurrere sponte ipse periculo, et aut ali-
 quod magnū et præter opinionē edere, sicuti sæpe multas occasio-
 nes bellum ad rem benè gerendam subministrat: aut seruatus sal-
 tem, si hoc accidisset, locum excusationi relinquere, tanquam nulla
 re ex ijs quæ in mea potestate fuissent, à me prætermissa. Talia cū
 dixisset, & audisset Hydaspes, collaudabat eum, & Syenem misit,
 datis mandatis, ut summam diligentiam in illo curando medici ad-
 hiberent. Ingrediebatur uerò & ipse unā cum delectis ex exercitu,
 tota urbe omnium ordinum & ætatum frequentia illi obuiam pro-
 gressa, & coronas, & flores Nili iacente in exercitum, & gratulati-
 onibus

onibus propter uictoriam partam Hydaspem collaudate. Postquam autem intra muros elephanto tanquam curru inuectus est, statim in res sacras & cultum diuinum gratiarumactionis ergo animum intendit: quæ esset origo festorum Nili, & si quid admiratione aut spectaculo dignum in urbe ostendere possent, interrogans. Illi autem puteum Nilum mensurantem ostenderunt, similem ei qui est Memphi, ex secto quidem & polito lapide extructum, lineas uerò ulnæ interstitio exculptas continentem: in quem aqua fluiuatilis subterraneo meatu impulsæ, & in lineas incidens, incrementa Nili & diminutiones indigenis monstrat, numero rectorum aut nudatorum characterum, rationem exundationis aut defectus aquæ mensurantium. Ostenderunt quoque & horoscoporum gnomones, nullam umbram in meridie reddentes: radio solis, solstitio æstiuo Syene ad amussim uertici imminente, & lumine undiquaque circumfuso, omnem casum umbræ repellente, adeo ut etiam in puteis aqua in profunditate illuminetur, similem ob causam. Et hæc quidem Hydaspes non ualde quasi peregrina mirabatur. Accidunt enim eadem Meroe Aethiopum. At cum festum prædicarent, & Nilum magnis laudibus attollerent, solem, & fertilitatis authorem appellantes, & Aegypti totius, superioris quidem seruatorem, inferioris uerò patrem & opificem, nouum limum quotannis aduoluentem, unde & Nilum Græcis esse appellatum, et annuas temporis uicissitudines exponentem: æstiuam quidem incrementum, autumnalem uerò decrementum: uernam autem floribus, qui ex ipso enascuntur, & crocodilorum partu: & nihil aliud esse omnino Nilum quam annum, hoc & appellatione confirmante. literis enim quæ nomine continentur, in calculos distributis, ter centum quinque & sexaginta unitates, quot & dies sunt anni, congregabuntur. Denique cum plantarum & florum & animalium proprietates, & alia plura his adderent: Atqui non Aegyptiæ sunt hæc tam graues, dixit Hydaspes, sed Aethiopiæ narrationes. Cæterum cum fluuium hunc, seu uestra opinione Deum, & omnem fluuiorum cumulum, Aethiopum terra ad uos deducat, merito à uobis coli debet, quæ uobis Deorum mater existat. Et quidem colimus, subiecerunt sacerdotes, cum alias ob causas, tum quod nobis seruatorem & Deum exhibuit. Moderatas debere esse laudes, Hydaspes cum dixisset: & ipse Syenem ingressus, reliquum diei sibi ad recreationem sumpsit, cum primoribus Aethiopum, & sacerdotibus Syenensium conuiuium iniens: et reliquis ut idem facerent, permisit: multa armenta bouum, multos greges ouium, & plurimos caprarum & porcorum, & maximum numerum uini, Syenensibus exercitui partim dono dantibus, partim uenum exponētibus. Postridie autem sedens pro tribunali excelsa Hydaspes, iumenta, & equos, & reliquam prædam quæ partim in urbe, partim in prælio collecta fuerat, exercitui

A rat, exercitui distribuit, unicuique pro ratione eorum quæ ab eo ge-
 sta fuerant, tribuens. Postquam autem & hic qui ceperat Oro-
 ondatem, aderat: Pete quiduis, inquit ad eum Hydaspes. Ille au-
 tem: Nō opus est rex, ut quicquam petam, dixit: qui contentus sum
 futurus eo quod habeo, si à te mihi adiudicatum fuerit: quod ab O-
 roondate abstuli, ipsum uerò iuxta tuum mandatum seruaui. & si-
 mul ostendebat pugionem satrapæ, lapillis distinctum magni pre-
 cij, & multorum talentorum sumptu comparatum: ut multi ex cir-
 cumstantibus exclamarent, priuati hominis fortunam excedere,
 & magis regium thesaurū esse. Arridens igitur Hydaspes: Quid
 autem, inquit, magis regium esse potest, quam me eam magnitudi-
 nem animi conseruare, quæ huius auaricia non capiatur, et eam de-
 spiciat? Deinde & corpus captiui spoliari, uictori ius belli conce-
 dit. Quamobrem abeat, accipiens id consentientibus nobis, quod
 uel inuitis obtinuisset, haud difficulter absconditum. Post hunc
 adueniebāt hi qui Theagenem & Charicliā ceperant: et, O rex, di-
 cebāt, nostra uerò spolia non aurū, neque lapides sunt, quæ res in Æ-
 thiopia exigui sunt precij, & aceruatim in regijs domicilijs strata ia-
 cent: sed cum tibi uirginē et adolescentem adduxerimus, germanos
 et Græcos, proceritate & forma omnibus hominibus post te ante-
 cellētes, petimus ut simus participes tuę insignis munificentię & li-
 beralitatis. Opportunē, inquit Hydaspes, reduxistis in memoriā:
 etenim tum adductos, obiter & tumultuariē cōtemplatus fueram.
 Quamobrem adducat eos quispiam, ueniant autem & reliqui ca-
 ptiui. Adducebātur igitur continuo, cum quidam cursim extra mu-
 ros ad impedimenta peruenisset, & custodibus ut quamprimū
 eos ad regem ducerent, dixisset. At illi quendam ex custodibus, qui
 altero parentē Græcus erat, quoniam in præsentia ducerentur, in-
 terrogabant. Cum autem ille dixisset, quod rex Hydaspes inspe-
 cturus esset captiuos: Dñ seruatores, exclamarunt, simulatque no-
 men Hydaspis cognouerunt iuuenes, cum ad eam usque horam ne
 alter quispiam regnaret, essent solliciti. Theagenes igitur submis-
 se ad Charicliā: Expones igitur charissima, regi rationes nostras,
 siquidem Hydaspes regnat: quem tu patrem tuum fuisse, sepius mi-
 hi dixisti. Charicliā uerò: O suauissime, inquit, Magna negocia
 magnis indigent apparatus. Quorum enim uariē intricata initia
 numen posuit, horum necesse est & fines longioribus ambagibus
 peragi. Alioquin ea quæ longum tempus conflauit, breuī tempo-
 ris momento retegere haudquaquam conducit. Præsertim capite
 & fundamento toto, ex quo prorsus hoc negociū & inuētio pen-
 det. Persina inquam matre mea, absente: quā etiam superstitem es-
 se, Deorum uoluntate, audiuimus. At si nos alicui addixerit, sub-
 iiciens Theagenes, aut tanquam donum captiuū dans, facultatem
 quo minus in Aethiopiā perueniamus præciderit? Nihil mi-
 nus,

nus, inquit Charicia. Nunc enim sapius à custodibus audiui-
 mus, quòd alamur uictimę dijs qui Meroæ præfunt immolandi. Quam
 obrem non est quod metuamus, ne aut dono demur, aut antè inte-
 rimamur, qui sumus ex uoto Dijs consecrati: quòd uiolari à uiris
 pietatis studiosissimis fas non est. Enimuerò si huic immoderata
 letitiæ de summa rerum indulgentes, futiliter rationes nostras ex-
 posuerimus, cum hi qui & agnoscere hæc, & autoritate confirma-
 re possent, non adsint: periculum est, ne per inscitiam cum qui hæc
 audiet exacerbemus, & iratum nobis merito nostro faciamus: pro-
 ludibrio fortasse & contumelia id habiturum, quòd captiui, & ad
 seruiendum destinati, fictis & minimè probabilibus argumentis
 tanquam ex composito se regios esse liberos simulare audeant.
 Sed indicia, inquit Theagenes (quæ te accepisse scio, & seruare) no-
 biscum facient, ut non figmento uti, neq; fraude uideamur. Cha-
 ricia autem: Indicia, inquit, ijs qui norunt ea, & exposuerunt, indi-
 cia sunt: at ijs qui ignorant, aut non omnia nosse possunt, thesauri
 inanes & monilia sunt, & fortasse in suspicionem etiam furti & la-
 trocinij eos qui ferunt, uocant. Atqui etiam si quippiam Hydaspes
 cognouerit, quis nam est qui quòd Persina dederit, quis denique
 quòd mater filia, persuadere possit? Notio, cui contradici non po-
 test, Theagenes, materna natura est: qua fit, ut id quod genuit, erga
 sobolem, primo congressu, amoris & commiserationis affectu in-
 duat, arcana quadam naturæ conuenientia permotum. Hæcne igitur
 negligemus, & omittemus, in quibus est situm, ut & cætera cre-
 dibilia esse uideantur? Quæ cum inter se colloquerentur, iã non
 procul aberant à rege: aderat autem & Bagoas adductus. Postq;
 autem astantes uidit Hydaspes, paululum sese è throno sustulit. Et,
 Propitij nobis estote Dijs, cum dixisset: rursus cogitabundus sedit.
 Primoribus autem Persarum, qui astant, quid illi accidisset, quæ-
 rentibus: Talem, inquit, mihi hodie filiam natam esse, & ad eiusmo-
 di florem subito peruenisse rebar: cumq; nihil omnino somniũ an-
 tea curassem, nunc simili forma eius quam uideram admonitus, in
 illius memoriam redij. His autem qui circa illum erant, quòd ima-
 ginatio quædam esset animæ, simulachra futurarum rerum sapius
 adumbrantis, dicentibus: tum illud uisum neglectui habens, qui es-
 sent, & unde, querebat. Tacente uerò Charicia, & Theagene di-
 cente: quòd germani essent, & Græci: Euge Græcia, inquit, quæ
 alioquin bonos & præstantes producis, & ingenuas nobis ac fau-
 stas uictimas ad sacrificia propter uictoriam partã celebranda præ-
 buisti. Cæterum cur non & filius mihi in uisione illa natus est (sub-
 ridens, ad præsentem) siquidem adolescentis huius, fratris puellę, &
 à me conspiciendi speciem & simulachrum mihi prius in somnis
 (ut dicitis) offerri oportuit? Postea conuersa oratione ad Chari-
 ciam, sermonem Græcum sonans (est enim in honore hæc lingua
 apud

A apud Gymnosofistas & reges Aethiopū: Tu uerò ô uirgo, quā
 obrem taces, neq; quicq; ad interrogationem respondisti? Charī
 dia autem: Ad aras, inquit, Deorū, quibus nos uictimas asseruari
 intelligimus, me & meos parentes cognoscetis. Porro ubinam
 terrarum sunt hi: ad illam rursus Hydaspes. Illa uerò, Et adsunt,
 inquit: & omnino dum immolabimur, aderunt. Arridens igitur
 iterum Hydaspes: Reuera, inquit, somniat hæc filia, in somnis mihi
 nata, imaginans fore, ut ex Græcia in mediam Meroem parentes
 illius transferantur. Hi igitur ducantur cum diligentia & copia
 solita, sacrificium exornaturi. Cæterum quis hic est propè stans
 eunucho similis? Eunuchū reuera esse, nomine Bagoam, quidam
 ex ministris respondit. Sequatur & hic, inquit: non tanq; uictima,
 sed tanq; alterius uictime, uirginis huius custos, ut nobis casta usq;
 ad tempus sacrificij conseruetur. Habet quiddam Zelotypū eunu-
 chorū genus: quibus est enim ipsum priuatū, ad hæc alijs prohiben-
 da obijcitur. Hæc cum dixisset, alios captiuos ordine aduenien-
 tes circumspiciebat, & recensebat: quosdam dono dans, quos ser-
 uos etiam initio fuisse ostendebat fortuna: Bono autem genere na-
 tos, liberos dimittens. Decem utique iuuenes electos, & totidem
 uirgines ætatis flore & forma excellentes, unà cum Theagene ad
 eundem usum duci iussit. Denique alijs de ijs, quorum quisq; indi-
 gebat, responsis datis: postremo ad Oroondatem accersitum, & in-
 B lectica allatum: Ego, inquit, cum ea quæ fuerunt belli causæ ob-
 tinuerim, haud ita sum affectus animo, ut pleriq;. Non abutor for-
 tuna, ad cupiditatem plus præ cæteris habendi: neque in immen-
 sum prolato imperium, propter uictoriam: sed contentus sum fini-
 bus, quos initio natura posuit, Ægyptum ab Aethiopia cataractis
 discernens. Quamobrem cum ea obtinuerim, quorum causa de-
 scendi, reuertor colens æquitatem. Tu uero si superstes manseris,
 esto satrapa eorum, quorum & antea fuisti: & significa Persarum
 regi, quòd frater tuus Hydaspes manu quidem uicit, animi autem
 moderatione omnia tua tibi dimisit: amicitiam quæ illi est tecum,
 retinere cupiens (qua ut re inter homines pulcherrima in primis
 delectatur:) & tamen pugnam, si rursus quippiam inceperis, non
 detrectans. Syenæis uero his tributa, quæ alioqui pendere solent,
 & ipse in decennium dimitto: & ut tu idem facias, impero. His
 dictis, à præsentibus quidem ciuibus, perinde ac militibus, gratula-
 toriæ uoces & plausus, qui longè exaudiri poterat, est sublatus: O-
 roondates autem manibus protensis, & dextra in alteram permu-
 tatim transposita, inclinatus adorauit, cū sit res inusitata Persis, re-
 gem alterum hoc modo uenerari. Et, O uos qui adestis, inquit:
 non uideor mihi uiolare patria instituta erga regem, eum qui mihi
 satrapiam donauit adorans: neque iniquè agere, æquissimo omni-
 um hominum id præstans, qui mei interimendi potestatem habet.

Vitam autem mihi clementia singulari largitur. Cumque illi ius do-^Aminandi competat, mihi ut sim satrapa concedit. Propter quæ, si quidem fuero superstes, Aethiopicis & Persis spondeo me pacem diuturnam & amicitiam sempiternam, Syenæis autem quæ sunt imperata prestiturum. Si uero quid mihi acciderit, Dijs pro beneficij in me collatis Hydaspem, & domum Hydaspi, ac genus remunerentur.

HELIODORI AETHIOPICO

rum Liber decimus.



E his igitur quæ Syene gesta sunt, hæcenus dictum sit: quæ cum in tantum periculum uenisset, repente rursus eiusmodi beneficium, unius uiri clementia & æquitate consecuta est. Hydaspes autem magna parte exercitus præmissa, ipse quoque in Aethiopicam proficiscebatur: Syenæis omnibus, & Persis, longissimè cum gratulationibus ac uotis pro illius salute, eum prosequentibus. Primum igitur iter faciebat, semper Nilii ripas & uicina loca fluuio tenens. Postquam autem Cataractas peruenit, sacrificijs factis Nilo, & dijs finium præsidibus, deflectens magis per mediterraneam iter tendebat regionem. Et cum Philas uenisset, duos ferè dies exercitui ad quietem, & recolligendas uires tribuit. Rursus autem multitudine uulgi præmissa, ipse commoratus urbis moenia firmavit, & præsidium imposuit. Hoc facto, egressus duos equites delectos, quos oportebat ipsius aduentum anteuertere, & equis in urbibus & pagis permutandis, celeriter imperata conficere, mittit cum literis ad eos qui erant Meroë uictoriam nuncians. Ad sapientes quidem, qui Gymnosophistæ appellantur, & assessores consiliarijque regij sunt, tales dans: DIVINISSIMO CONCILIO HYDASPES. Victoriæ partem de Persis uobis nuncio, non uenditans rei bene gestæ successum, siquidem Fortunæ uices, & instabilitatem uenero: sed antistiti dignitatè, cum semper, tum in præsentia ueracem, per literas salutans et appellans. Ut igitur ueniat in consuetum locum, & oro, & meo iure impero, sacrificia gratiarum actionis ergo, pro uictoria parta, grauiora presentia uestra & conspectu, Aethiopicum communi conuentui reddiduri. Ad uxorem autem Persinam eiusmodi. Victores nos esse scito: & quod te proximè attingit, saluos. Quamobrem sumptuosas pompas, & sacrificia, ut grates dijs agamus, præparato: & sapientes cum literis nostris coram adhortata, in consecratum dijs nostris patrijs, Soli, & Lunæ, & Baccho, ante urbem campum, unam cum illis propera. His literis allatis, Persina continuo: Nimirum id erat, inquit, somnij, quod hac nocte uidebam, grauidam me esse putans, & parere simul, & editum foetum esse meam filiam repente florèti ætate. Per dolores,

A dolores, ut uideatur, belli certamina: per filiam uero, uictoriam, si-
 gnificante somnio. Cæterum urbem obeuntes, lætis nuncijs imple-
 te. Et præcursores quidem id quod imperatum fuerat, faciebant,
 capitibus Niloo loto redimitis: & ramos palmarum quos manibus
 tenebant, concutientes & ostentantes, per præcipuas partes urbis,
 & magis conspicuas equis uehebantur, famam de uictoria, uel solo
 habitu & figura corporis peruulgantes. Impleta igitur erat repente
 lætitia Meroe, cum noctu & interdium coetus & sacrificia in singulis
 familijs, et uicis, ac tribubus dijs celebrarent, ac delubra frequenta-
 rent; non perinde in uictoria, ut in salute Hydaspis acquiescentes,
 quod is uir æquitate simul & clemētia in subditos, ac lenitate, eum
 affectum animis populi, ut illum in patris loco diligerent, instilla-
 uerat. Persina autem, cum bouum greges, & equorum, & ouium,
 coturnicum ac gryphorum, & aliorum omnis generis animanti-
 um, in sacrum campum præmisisset, partim ut ex quolibet genere
 hecatombe ad sacrificium appareretur, partim ut in usum cōuiuij
 publici conuerterentur: ad extremum ad Gymnosophistas ueni-
 ens, qui lucum Panis ad habitandum sibi elegerunt, literas ab Hy-
 daspe illis tradebat, & adhortabatur, ut postulanti regi morem ge-
 rerent, ac sibi quoque ex parte gratificarentur, & conuentui publico
 præsentia sua ornamento essent. Illi autem cum eam paululum
 commorari iussissent, in adytum ingressi, p̄ recandī causa, & à dijs
 B quid esset agendū sciscitanti, parua mora interposita redierunt. At-
 que alijs tacentibus, Sisimithres, qui primas tenebat in concilioꝝ
 O Persina, dicebat, nos quidē ueniemus: dij enim præcipiunt. Cæ-
 terum tumultum quendam & perturbationem fore in sacrificio,
 numen præmonstrat: sed & hunc in bonum & suauem finem desi-
 turum, quod membrum quoddam uestri corporis, aut pars regni
 perisset, fatum autem hanc ipsam inquisitam exhiberet. Persina
 autem: Maximè formidabilia, inquit, planēque omnia in melius mu-
 tabuntur, uobis præsentibus. Ego autem cum sensero Hydaspem
 aduenire, uos certiores faciam. Nihil opus est, inquit Sisimithres,
 ut nos certiores reddas. Cras enim mane ueniet, & hoc ipsum tibi
 paulo post literæ significabunt. Atque ita accidit. Nam statim rede-
 unti Persinæ, & regia domicilia proximè accedenti, literas regis e-
 ques tradebat, postridie aduenturum eum significantes. Præco-
 nes igitur extemplò rumorem de literis dissipabant, masculis tan-
 tum obuiam prodeundi facultantem dantes, mulieribus autem e-
 xitu interdicitēs. Siquidem cum mundissimis tantum & lucidissi-
 mis dijs, Soli & Lunæ, sacrificium faciendum esset, misceri foemine
 um genus moris non erat, ne aliqua uel inuita contaminatio uicti-
 mis accideret. Soli autem ex mulieribus sacerdoti Lunę adesse per-
 missum est, erat autem Persina: quod Solis quidē sacerdotio rex,
 Lunæ autem regina, moribus & institutis gētis ornarentur. Affu-
 y 3 tura autem

tura autem erat & Chariclia his quæ agebantur, non tanquam spectatrix, sed uictima Lunæ futura. Ingens igitur impetus & cupiditas incessit urbem. & cum neque indictum diem expectassent, inde usque à uespera transmittebant Astaboram fluuium, alij per pontem, alij nauigijs ex harundine factis, quæ plurima et in multis partibus ripæ uacillabant, his qui longius à ponte habitant compendiosos subministrantes traiectus. Sunt autem celerrima tum propter materiam, tum propter onus, quod non plures quam duos tresue uiros ferant. Arundo enim in duas partes dissecta est, & ex qualibet sectione nauigium præbet ac efficit. Cæterum Meroe metropolis Aethiopum, insula est alioqui triangulari forma, fluuijs quæ nauibus transiri possunt, Nilo, & Astabora, & Asafoba, circumflua. Nilo quidem in uertice incidente, & in utramque partem fisso: alijs uerò duobus in utroque latere se inuicem prætereuntibus, & rursus secum coeuntibus, & in unum Nilum, alueum & nomen deferentibus. Cum autem late pateat, & continentem in insula demonstraret (tribus enim millibus stadiorum in longitudine, mille autem in latitudine circumscribitur) animalium insignis magnitudinis, cum aliorum, tum elephantorum est altrix: & ut arbores sua sponte fingit, ita aliarum quoque rerum ferax est. Nam præterquam quod palmæ insigni proceritate, & palmulis onustæ in ea crescunt, frumenti quoque & tritici spicæ proceritate quidem ea sunt, ut equitè omnem, interdum & camelo insidentem occultent: fructu autem adeo ubere, ut semina terræ mandata, trecentuplum ferant: & arundinem procreat, qualis iam dicta est. Tunc igitur tota nocte, cum alius alium fluuium transmisisset, obuiam prodeuntes, ueluti deum cum præconijs & gratulationibus, Hydaspem excipiebant: hi quidem etiam longius, aliquantum autem ante campum sacrū obuiam progressi Gymnosophistæ, dextrasque iungebant, & salutabant osculis: post hos uerò Persina in uestibulo templi, et intra ambitum. Postquam igitur submissi deos adorarunt, & precibus gratiarum actionis ergo pro uictoria & salute finem fecerunt, egressi ambitu, ad publicum sacrificium conuertebantur, in tabernaculo iam antea preparato confidentes, quod quatuor conficiebant recens præcisæ arundines, figura quadrilatera, angulum quemlibet una arundine columnæ instar fulciant ac sustinente: in summo autem, in formam testudinis adducta, & cum alijs, additis palmarum ramis, iuncta & connexa, subiectumque spacium contegente. In altero autem tabernaculo, proximè super alta basi deorum indigenarum simulachra, & heroum imagines proponebantur, & Memnonis ac Persei & Andromedæ, quos authores esse sui generis reges Aethiopum existimant. Inferius autem, & tanquam supra uerticem numinibus collocatis in altera basi, Gymnosophistæ sedebant. Hos deinde phalanx militum in orbem stipauerat, scutis erectis ac densatis in-

A fatis innixa, & multitudinem à tergo reprimens, ac mediū spacium ab omni tumultu & molestia uacuum sacrificantibus conseruans. Enimvero cum pauca præfatus esset ad populum Hydaspes, & uictoriam, ac ea quæ pro Republica prosperè ac foeliciter gesta essent, enunciaisset, ad sacrificium aggredi ijs, ad quos rei diuinæ faciendæ cura pertinebat, imperabat. Porro cum tres aræ in altum erectæ essent, ac duæ quidem peculiariter Soli & Lunæ conuictim, tertia uero Bacchi in altera parte separatim collocata esset, huic quidem omnis generis animantia maclabant, propter peruulgatam uim (ut existimo) numinis, & omnibus gratificantem, uarijs et multiplicibus hostijs eum placantes. In alijs uero Soli quadrigas albas, Lunæ autem iugum boum, propter uicinitatē terræ, agriculturæ adiutores consecrantes. Cum hæc adhuc agerentur, clamor subito est sublatus, mixtus ac turbulentus, qualem consentaneum est multitudinis hominum confertorum extitisse, Patria sacra celebrentur, ijs qui circumstantabant exclamantibus: moribus & institutis receptum sacrificium deinceps pro gente fiat, primitiæ belli deinceps offerantur. Cum igitur intellexisset Hydaspes, quod humanam uictimam flagitarent, quam ex ijs tantum qui in peregrinis bellis capti essent, offerre consueuerant: manu silentio indicato, & statim id quod petebatur consecuturum esse, nutibus significatione data: captiuos qui ad id ipsum iam pridem destinati fuerant, duci imperabat. Ducebantur igitur cum alij, tum Theagenes & Chariclia, soluti uinculis, & stipati: tristes quidem, ut est consentaneum, alij: minus autem Theagenes, at Chariclia læto uultu ac ridenti, perpetuo ac uno obtutu Persinam intuens; ut & illa aliquo modo aspectu afficeretur, et uehemētius ingemiscens: O marite, diceret, qualem uirginem ad sacrificium delegisti? Haud scio, an uiderim talem formam. Quam est generoso & liberali uultu? Quam magno et excelso animo fortunam perfert? Quam ob florem ætatis commiseratione sui commouet animum? si superesse contigisset, semel ex te conceptam, & malè amissam filiolum, propemodum totidē impleuisse annos, quot hæc, deprehenderetur. Sed utinam liceret marite, aliquo modo liberare hanc: magnam equidem haberem consolationem, hac mihi ministrante. Fortassis autem & Græca est misera; neque enim est Aegyptiæ facies. Græca quidem est, inquit, & parentibus nata, quos in præsentia dicet, neque enim ullo modo ostendere poterit, quamuis promiserit. Liberari sanè illam à sacrificio impossibile est, quamuis uellem utique, cum et ipse aliquo modo commouear animo, & miserear puellæ. Sed scis, quod mascululum quidem Soli, foeminam autem Lunæ, & offerre et sacrificare lex postulet. Cum autem hæc mihi prima sit adducta captiua, & præsentis sacrificio destinata, omnino excusationis locum non haberet apud multitudinem dilatio. Vnum tanum illi adiumento esse posset,

esse posset, si postq̄ focum, ut scis, conscenderit, non se conseruasse
 expertem consuetudinis uirorum deprehensa fuerit: cum lex mun-
 dam esse eam quæ offertur deæ, sicuti et Soli, iubeat: de Bacchi ue-
 rò sacrificijs sit indifferens. Cæterum uide si commercium habu-
 isse cum uiris deprehensa fuerit, ne haud deceat talem in ædes reci-
 pere. Tum Persina: Deprehendatur, & seruetur tantum. Capti-
 uitas, et bellum, & extorris uita, à sedibus patrijs tam remota, uacu-
 um à culpa facit propositum, præcipuè in hac, quæ cū forma, uim
 contra seipsa, etiã si quid eiusmodi passa sit, circumferat. Hæc ad-
 huc dicente, & simul illachrymante, celareq̄ id eos qui aderant co-
 nante: afferrî focum Hydaspes iussit. Collectis igitur pueris im-
 puberibus ex multitudine, ministri (solis enim eiusmodi sine ullo
 detrimento attingere licet) efferebant è templo, & in medio collo-
 carunt, cōscendere quemlibet captiuū iubentes. Ac ex his quicun-
 que cōscenderant, statim in planta adurebant, cum ne primū qui-
 dem, & ad exiguū tempus, cōtactum quidam sustinuissent: aureis
 quidē ueribus foco intertexto: porrò ad eā efficaciam elaborato,
 ut quemlibet immundum, & alioqui eum qui peierasset, adureret:
 at e contra eorum qui secus ætatem egissent, sine ullo detrimento
 gressum admitteret. Quamobrem hos Baccho & alijs dijs destina-
 bant, præter duas fortè aut tres Græcas, quæ cum focum conscen-
 dissent, uirginitate salua esse deprehensæ sunt. Postquam autem
 & Theagenes, cum conscendisset, mundus esse apparuit, omnium
 admiratione exceptus, cum propter proceritatem & pulchritudi-
 nem, tum eo quòd uir adeò florenti ætate rerum uenerarum ex-
 pers esset, ad Solis sacrificium instruebatur. At ille submissè ad
 Charicliam: Apud Æthiopes præmia mundè uiuentium sacrifi-
 cia, & maçtationes eorum qui castitatē seruant brauiã? Sed ô Char-
 icliã, cur non te iam aperis? Quale tempus adhuc expectas? An
 illud demum, cum aliquis iugulum feriet? Dic obsecro, & indica-
 tuam fortunam. Forsitan & me, quæ sis cognita, seruabis: sin minus,
 et tu utique dubio procul periculum effugies: quo cognito, uel mo-
 ri mihi optabile est. Illa autē: Propè adest certamen, cum dixisset,
 & fors rationum nostrarum nunc uacillat: ne imperio quidem eo-
 rum, quibus erat id negocij datum, expectato, induit sacrã uestem
 Delphicam, ex quadam sarcinula, quam secum ferebat, deprom-
 ptam, intextã auro, & radijs uariatam ac refertam. Deniq; cum co-
 mam soluisset, & tanquam furore afflata uisa esset, accurrit & infi-
 luit in focum, stetitq; longo tempore illæsa, pulchritudine magis
 tum etiam relucente refulgens, & omnium oculis ex alto exposita,
 atq; à figura stolæ simulachri deæ magis quàm mortalis mulieris si-
 milis. Stupor igitur omnes cepit, & clamorem unum obscurum &
 inarticulatum admirationis indicem ediderunt, cum alia suspicien-
 tes, tum quòd formam plus quàm humanam, & uenustatem flo-
 rentis

A rentis ætatis intactā attolleret, ac declararet se habere pudicitiam for-
 ma cum primis exornatam. Angebat igitur & alios in turba, quod
 ad sacrificium aptam & idoneam esse constitisset: & quamuis su-
 perstitio laborarent, libentissimè tamen uiderent illam aliqua
 ratione seruatum. Cæterum magis excruciat Perlinā, ut etiam
 ad Hydaspem diceret: Quam miserā & infœlix est hæc puella, ne-
 quicquam & haud opportunè pudicitiam uenditans, & mortem
 cum hisce multis laudibus commutans. Sed quid nā fieret, inquit,
 o uir? At ille: Frustra, inquit, molesta es, & misereris eius quæ
 seruari non potest: sed dijs, ut uideatur, propter naturæ præstanti-
 am inde usq; ab initio custoditur. Deniq; sermone conuerso ad
 Gymnosophistas: Sed o sapientissimi, inquit, cum omnia sint
 parata, cur non rem sacram incipitis? Sisimithres autem: Absit,
 inquit, (Græcè loquens, ne multitudo exaudiret) Satis enim iam
 uel hisce aspectum & auditum polluimus. Sed nos quidem in tem-
 plum secedemus, sacrificium adeo nefandum, quod humanis uicti-
 mis constat, neque ipsi probantes, neq; deum admittere existiman-
 tes. Atq; utinam licuisset & illa sacrificia, quæ aliarum uictimarum
 maectatione constabant, prohibere, cum sola quæ precibus & odo-
 ramentis fiunt, nostro iudicio sufficiant. Tu uerò manens, (neque
 enim in controuersiam cadit, quin sit necessariū, ut rex seditionem
 uulgi sedet) fac hoc immundum quidem sacrificiū, cæterum pro-
 pter inueteratam consuetudinem, ac Aethiopum institutis confir-
 matam, inexcusabile: ita tamen, ut tibi expiatione postea sit opus
 futurum, aut etiam non futurum. Neque enim mihi uideatur ad fi-
 nem peruenturum esse hoc sacrificium, cum ex alijs, tū ex deo con-
 sultore coniecturam facienti, & lumine circumfuso peregrinis, ac
 numen aliquod eos defendere significante. Et hæc cum dixisset,
 unā cum alijs assessoribus surrexit, & ad secessionem sese appa-
 rat. Tum uero Chariclia desiluit è foco, & accurrens prouoluta
 est ad genua Sisimithris (ministris omnino prohibentibus, & il-
 lum supplicem habitum, deprecationem esse mortis existimanti-
 bus) et, O sapientissimi, dicebat, paululum commoramini. Siqui-
 dem causa mihi agenda est, & iudicio decertandum cum rege ac re-
 gina: uos uerò solos etiam tantis ius dicere audio. Adeste igitur, &
 certaminis de uita estote iudices. Maectari enim me dijs, neq; possi-
 bile, neq; iustum esse cognoscetis. Admiserunt libenter, ea quæ
 dicta fuerunt: & O rex, dixerunt, audis ne prouocationem, & ea
 quæ peregrina præterdit? Arridens igitur Hydaspes: At uerò
 quale iudicium est, inquit, aut unde mihi cum hac? deniq; qua de
 causa, quouè iure exoritur? Tum Sisimithres: Ea ipsa quæ di-
 centur, indicabunt. Atqui, num negotium hoc iudicium, & non
 iniuria potius uidebitur, si cum captiua ego, qui sum rex, in iudici-
 um descendero? Fastigia dignitatis non respicit equitas, respon-
 dit Sisimi

» dit Sisimithres : sed is regnat in iudicio, qui probabilioribus uincit
 » rationibus. Cæterum cum indigenis, inquit, & non cum pere-
 » grinis, controuersias regum iudicandi, facultatem uobis lex dat.
 » Sisimithres autem: Non uultu, inquit, tantum & extrinseca specie,
 » iusta apud moderatos ponderantur, sed potius iustitia. Mani-
 » festum est quidem, dixit, quod nihil dicet serij: sed quod ijs qui in
 » extremo uersantur periculo, peculiare est, inanium uerborum fi-
 » gmenta ad dilationem proferet: attamen dicat, quandoquidem ita
 Sisimithri placet. Porro Chariclia, cum alio qui esset fidenti ani-
 mo, propter liberationem ex circumstantibus periculis, quam ex-
 pectabat: tum in primis exhilarata est, postquam Sisimithris no-
 men audiuit. Is enim erat, qui initio expositam sustulerat, & Charic-
 cli tradiderat ante decennium, cum ad Oroondatem de Smarag-
 dæis fodinis legatus mitteretur. At tū adhuc unus ex uulgo Gym-
 nosophistarum erat: cæterum in præsentia præfectus cæterorum
 declaratus fuerat. Faciem igitur uiri non recordabatur Chariclia,
 cum admodum adolescentula, & annos septem nata, ab illo sepa-
 rata esset: uerum nomen agnoscens, magis lætabatur, aduocatum
 illum sibi, & adiutorē ea in parte, ut cognosceretur, fore sperans.
 Manus igitur in cælum tendens, cum exclamasset ita ut exaudiri
 posset, Sol author generis maiorum meorum, dicebat, & alij dij
 ac heroes maiores nostri, uos eritis testes, quod nihil falsi dicā: uos
 quoq; auxilio uestro mihi in hoc iudicio aderitis, ad quod cum iu-
 stam causam asseram, inde sumam exordium. Peregrinos ne rex,
 an indigenas mactari iubes? Hoc uero, Peregrinos, dicente:
 Quamobrem tempus est, inquit, ut alios ad sacrificium inquiras.
 nam me & uestratem, ac indigenam reperies. Hoc autem miran-
 te, & fingere eā dicente: Chariclia, Minora, inquit, miraris: sunt
 autem alia maiora. Neq; enim indigenam tantum, sed etiam genus
 regionum in primis, & proximè attingentem. Rursus Hydaspe con-
 temnente, & auersante uerba illa tanquā friuola: Desine, inquit,
 pater filiam tuam eleuare, & auersari. Tum igitur rex non despi-
 cere tantum, sed etiam indignari, ludibrium esse et iniuriam, rem il-
 lam ducens: et, O Sisimithre ac reliqui, dicere, quousq; tandem
 abutetur mea nimia patientia? An non planè amentia laborat pu-
 ella? quæ insigni audacia confictis mendacijs, mortem depellere
 conatur, filiam meam tanquam in scena se esse, desperatione qua-
 dam asseuerans, et tanquā ex composita machinatione proferens,
 qui nunquam (ut scitis) in procreatione sobolis successu usus sim,
 semel tantū simul & audierim & amiserim. Quamobrē ducat eam
 aliquis, ne amplius excogitet sacrificio dilationem. Nemo du-
 cet, exclamauit Chariclia, nisi iusserint iudices. Tu uerò in præsen-
 » tia iudicaris, nō sententiā fers, neq; decernis. Peregrinos quidē rex
 » mactare fortasse lex permittit: liberos autē mactare, neq; hæc, neq;

natura

A natura ipsa pater concedit, patrem enim te hodie dñi meum, etiam si neges, declarabunt. Omnis causa quæ in iudiciũ uenit, rex, duobus maximis & præcipuis argumentis niti consueuit: scilicet probationibus, quæ scriptis cõtinentur, & testium confirmationibus. Vtrumq; tibi, ut filia uestra esse declarer, exhibebo. Ad testem quidem non aliquem ex uulgo, sed ipsum iudicem prouocans (Maximum autem ei qui dicit, ad fidem faciendam adiumentum est, iudicis scientia) Scripta uero, meæ & uestræ fortunæ narrationes proponens. Simulatq; hæc dixit, illicò expositam secum fasciã, quam sub utero gestabat, proferebat: & euolutam, Persinæ offerebat. Illa uero' ut primum uidit, stupida & muta reddita est, diuicq; admodum ea quæ erant inscripta fasciæ, & puellam uicissim contemplabatur, & horrore ac tremore detinebatur, sudorq; manabat, gaudens quidem ijs quæ comperiebat, anxia uero' casu inopinato, & haud facile cuiquã credibili. Deniq; metuens Hydaspis, si hæc patferent, suspicionem, & incredulitatem, aut iram, fortassis etiam & poenã. ut & Hydaspes, intuens stuporem, & angorẽ animi continuum: O mulier, dixerit, quid hoc est? An aliquid tibi accidit ab hac exhibita scriptura? Illa autem: O rex, inquit, & domine, ac marite. Nihil hoc amplius habeo quod dicam, nisi ut acceptam legas. Doctoris uice in omnibus fungetur apud te fascia. Vtq; tradidit, iterum tacebat tristis. Cum igitur accepisset Hydaspes, & B Gymnosophistas ut accederent, & unã legerent, aduocasset, recensebat scriptum, multum ipse mirans: Sisimithrem quoq; perculsum, & sexcentas mentis mutationes uultu declarantem, ac defixis oculis tæniã & Charicliam aspicientem intuens. Ad extremum, postquã de expositione, & causa expositionis edoctus est: Quod quidem mihi puellula quædam, inquit, nata sit, scio: & cum mortuam esse tum audissem, quemadmodum & ipsa Persina mihi narrabat, expositam esse, nunc cognosco. Cæterum quis est qui illam sustulit, seruauit, ac enutriuit: aut quis est, qui transportauit in Aegyptum? An etiam unã captus est? Deniq; unde omnino coniecturam facere licet, quod illa ipsa sit, & non interierit id quod expositum fuerat: aliquis autem cum incidisset in hæc indicia, abutatur fortuna, & huic puellæ impositis, tanquam persona, illudat nostræ liberorum procreandorum cupiditati, & supposititiam ac adulterinam sobolem nobis in successiõnem asserat, ueritatẽ hac fascia quasi adumbrans? Ad hæc Sisimithres: Prima quidẽ, inquit, eorum de quibus ambigis, tibi explicari possunt. Ego enim sum, qui expositam sustuli, & clanculum educaui, & in Aegyptũ transtuli, quando me legatum eò miserat. Quod autem mentiri nobis fas non sit, ipse iam antea nosti. Agnosco autem & fasciam regis Aethiopum literis insignitam, neq; præbentem ullam ambigendi coniecturam, quod alibi sit composita: cum quod Persinæ manu notata sit, uel à

te in primis cognosci possit. Cæterum erant et alia unà exposita in-
 dicia, tradita à me illi qui receperat puellam, homini Græco, & ut
 uidebatur probo & honesto. Seruantur & hæc, inquit Charic-
 lia: simulq; ostendebat monilia. Quibus uisis, Persina magis est
 exanimata: & quærente Hydaspes, Quænam essent? ac si quid præ-
 terea sciret? nihil respondit, præterquam quòd nosset quidem, cæ-
 terum domi hæc examinare & scrutari optimum esset. Rursus
 igitur angi, & penè animo deficere Hydaspes uidebatur. At Cha-
 riclia: Hæc quidem sint materna indicia: tuum uero proprium, hic
 annulus est, ostendebatq; Pantarben. Cognouit Hydaspes, dede-
 rat enim illum dono Persinæ, sub desponsationem. & Optima,
 inquit, indicia quidem mea sunt: cæterum te ut meam his usam esse,
 & non aliquo alio modo ea naçtam, nondum agnosco. Nam præ-
 ter alia & color peregrinus, & inusitatus in terra Aethiopica, relu-
 cet. Sisimithres autem: Alba, inquit, & ea fuit quam sustuli, alio-
 qui & annorum tempus conuenit cum præsentis ætate puellæ, cum
 decem & septem ferè annos hæc, & expositionis tempus impleue-
 rit. Porro & oculorum aspectus mecum facit, & totam uultus effi-
 giem, ac excellentem formam quæ nunc apparet, conuenire cū ea
 quam tum cernebam, agnosco. Hæc quidem optimè dixisti, Sisi-
 mithre, ad illum Hydaspes: & magis ut aliquis patronus, summū
 studium ad causam afferens, quàm iudex. Sed uide ne ex aliqua par-
 te dubitationem eximens, aliam quæstionē moueas, cum arduam, B
 tum haud facile coniugem meam culpa liberaturam. Quæ enim al-
 bam, cum simus ambo Aethiopes, procreauimus, nequaquæ consen-
 taneo rationi modo? Limis igitur eum contuitus Sisimithres, et
 ironicè subridens: Tibi quidem, inquit, nescio quid accidat, qui ex
 affectu tuo in præsentia, patrocinium nobis ut probrum obijcis,
 quod ego mihi haud quaquam negligendum esse duco. Iudicem e-
 nim legitimum definimus, eum qui æquitatis patronus ac defensor
 est. Cæterum cur nō potius tibi, quàm puellæ, patrocinari uidebor?
 cum te patrem, deorum auxilio fretus, declarem: & quam uobis ab-
 incunabilis seruauit filiam, eam & nunc saluam in flore ætatis non
 despiciam? Sed tu quidem, ut uis, statue, & existima de nobis, qui
 hæc facimus flocci. Neq; enim ad aliorum arbitrium uiuimus, sed
 meram honestatem & æquitatem sectantes, nobis ipsi satisfacere
 cupimus. Quod ad quæstionem de colore attinet, huius explicati-
 onem ipsa tibi fascia exponit: Persinam scilicet attraxisse quædam
 simulachra, et imaginationes similitudinis in tuo cōcubitu, ex con-
 spectu Andromedæ. Quod si alioqui omnino id comprobari, & si
 dem tibi fieri uis, ad manum est exemplar & archetypus: contem-
 plare Andromedam, quæ perinde in uirgine atq; in pictura osten-
 ditur, ita ut nullum sit discrimen. Afferebant his dictis sublatam
 imaginem ministri, et cum eam proximè Charicliam erexissent, tan-
 tum ex-

A tum excitarunt inter omnes plausum ac tumultum, cum alij alijs, qui paululum tantum intellexerant ea quæ dicerentur & fierent, significarent, & propter exactam & consummatam similitudinem, cum quadam læticia exanimarentur: ut & Hydaspes non amplius diffidere posset, sed diu staret immotus, læticia simul & admiratione detentus. Si simithres autem, Vnū adhuc desideratur, inquit. De regno enim, & illius legitima successione agitur, & ante omnia de ueritate ipsa. Nuda brachium uirgo, nigra nota pars supra cubitū maculata fuerat. Nihil dedecoris affert, nudatum parentum & generis testimoniū. Nudauit illis Charicia sinistram, et erat quasi euenus quædam, in circuitu brachium tanquam elephantem maculans. Non amplius sese continuit Persina, sed repente de throno desiluit, amplexa; lachrymabat: & propter magnitudinē gaudij, quam reprimere non poterat, mugitus cuiusdam similem eiulatum edebat. Etenim excellentia gaudij etiam luctum interdum genere solet: parum; aberat, quin unā cum Charicia collaberetur. At Hydaspes miserabatur quidem mulierem, cum illam lugere uideret: & ad similem affectum animo flectebatur. cæterum oculis tanquam cornu, aut ferro in ea quæ cernebantur defixis, constiterat, doloribus lachrymarum repugnans. Cum; ipsi anima, cum patrio affectu, tū uirili spiritu efferuesceret, & in utram; partem tanquam fluctu raperetur, ad extremum tamen superatus est à natura, quæ uincit omnia: & quod pater esset, non tantum persuaderi sibi patiebatur, sed etiā ita ut pater afficiebatur animo: & Persinam collapsam unā cum filia, ac percussam erigens, uisus est etiam Chariciam amplecti, & lachrymarum affluxu quasi quibusdam libationibus paternum cum illa foedus facere. Neque tamen omnino excussus est ijs quæ agenda fuerant: sed paululum commoratus, & populum conspicatus æquali affectu commotum, & ob fortunæ mirificum casum tanquam in scena exhibitum, præ uoluptate simul & commiseratione flentem, & ne; præcones silentium imperantes audientem, manu protensa silentium denunciāns, commotionem uulgi in tranquillitatem composuit. Et, O uos qui adestis præsentēs, dicebat: Me quidem di; patrē, ut uidetis & auditis, præter omnem expectationem declararunt: & quod filia mea sit hæc uirgo, multis argumentis constat. Ego uerò tanta sum erga uos & patriam beneuolentia præditus, ut haud multum curans & generis successione & primam appellationem, quæ omnia mihi per hanc euentura fuerant, di; eam sacrificare pro uobis properē. Et si autem uos lachrymare uideo, & iudiciū dare, quod humano quodam affectu commotistis, denic; miserari puellæ immaturam ad moriendum ætatem, miserari quo; meam nequicquam expectatam generis successione: tamen necesse est me, uel uobis nolentibus, patrio obtemperare instituto, utilitati patriæ potius quam

33 priuatis commodis consulentē. Equidem an hoc dijs ita placeat, ut
 simul præbeant & auferant (id enim iam pridē expertus sum, cum
 esset nata: & nūc experior, postquam inuenta est) dicere non pos-
 sum. cæterum uobis considerandum relinquo. Neque hoc statue-
 re possum, ut quam extorrē egerint patria procul ad ultimos ter-
 ræ fines, & rursus mirabili casu in captiua fortuna offerentes tradi-
 derint, eandem rursus maçtari sint admissuri. Quod cum ita sit, ni-
 hilominus quam ut hostem non sustuli, & captiuam nullo detri-
 mento affeci, eam filiam cognitam sacrificare, siquidem uestra uo-
 luntas ita fert, non cunctabor. Neque affectui succumbam, quòd
 33 alijs patri fortasse condonandum esset: nec frangar animo, nec de-
 precabor ut ueniam detis, & hoc officium in præsentia naturæ præ-
 lege tribuatis, eo plus erga illam affectui dantes, quòd alio quoq;
 modo liceat placare numen. Sed ut uos, quòd æquè ac ego animo
 afficeremini, significationem dedistis, et nostros casus non secus ac
 priuatos doluistis: ita & à me uestræ rationes longè meis antepo-
 nuntur, parum curante hanc calamitatem: haud multū quoq; hanc
 miseram Persinam lugentem, quæ simul & primi foetus parens, &
 prole orba reddita est. Quamobrē si uidetur, desinite à lachrymis,
 & nostri inuiti commiseratione, ad sacrificium autem aggredia-
 mur. Tu uerò filia (primū enim te hoc suauis nomine, & ultimū
 alloquor) o nequicquam formosa, & quæ frustra parentes inueni-
 sti, quæ in patriam, aliena terra longè grauiorem in foeliciter inci-
 disti, & peregrinam quidem salutarem, patriam autem pernicio-
 sam experta es, ne mihi animum lugubri fletu perturbes: sed si un-
 quam antea magnos illos spiritus ac regios ostendisti, nunc præci-
 puè attolle: & sequere parentem, qui te quidem nuptiali stola or-
 nare non potuit, nec in porticus aut thalamos ducit, sed ad sacrifi-
 cium instruit, & faces non nuptiales, sed ad usum sacrificij destina-
 tas accendit, et inuictam hanc pulchritudinem pro uictimis offert.
 Vos autem dij propitij estote ijs quæ dicta sunt, & si quid præte-
 rea affectu uictus, parum piè aut religiose sum locutus, qui simul
 filiam uocarim, & interfector illius existam. Et hæc cum dixisset,
 iniiciebat Charicliæ manus, ducere se eam ad aras & pyram quæ
 desuper erat assimulans: & euentum uerborum, quæ pro concio-
 ne fecerat, ut se in animos audientiū insinuaret, deprecans. Mul-
 titudo autem Æthiopum concussa est ad ea quæ dicta fuerant, &
 ne paululum quidem duci Charicliam sustinens, magnum clamo-
 rem quendam & subitum edidit: Serua uirginem, uociferās: ser-
 ua regium sanguinem, serua eam quam dij saluam esse uoluerunt.
 Habemus gratiam. Impletum est nobis, id quod legibus debeba-
 tur. Agnouimus te ut regem, agnosce te tu quoq; ut patrem: pro-
 33 pitij sint dij huic, ut uidetur, delicto. Magis peccabimus, resisten-
 33 tes illorum uoluntati. Nemo interficiat ab illis conseruatam. Qui
 es pater

A es pater populi, esto & domi tuæ pater. & sexcentas adhæc, & his
 similes uoces proferebant. Ad extremum, et re ipsa se prohibere de-
 clarabant, opposcentes se & obfistentes, ac alijs sacrificijs placari
 numen postulantes. Hydaspes autem ultro & lætus patiebatur
 se hac in parte superari, optatam hanc uim sponte sustinens: & po-
 pulum continujs exclamationibus diutius indulgentem, & gratu-
 lationibus insolentius lasciuientem uidens, huic quidem uolupta-
 te se implendi facultatem dedit, expectans ut aliquando sua spon-
 te conquiesceret. Cæterum cum proximè Charicliã astitisset, Cha-
 rissima, (dicebat) quòd tu quidem mea sis filia, tum indicia osten-
 derunt, tum sapiēs Sísimithres testatus est, & ante omnia deorum
 beneuolentia declarauit. Sed iste quis tandem est? qui unà tecum
 captus, nunc aris ut mactetur admotus est? aut quomodo illum
 fratrem nominabas, quando in conspectum meū Syenæ primùm
 adducti estis? Neq; enim utique & ipse filius noster esse reperie-
 tur. Semel enim Persina, & te solam enixa est. Charicliã autem,
 humi defixis oculis, cum rubore: Fratrem quidem, inquit, eum es-
 se mentita sum, necessitate commentum suppeditante. Qui autem
 sit reuera, ipse melius exponet. Vir enim est, & cōfidentius me mu-
 liere narrare non reuerbitur. Hydaspes autem cum non intelle-
 xisset sententiam dictorum: Da, inquit, ueniam filiola, quæ per nos
 rubore suffusa es, alienam à uirginali pudore quæstionem de ado-
 lescente tibi proponentes. Sed tu quidem in tabernaculo unà cum
 B matre sede, maiorem læticiam illi nunc afferēs, quàm cum te pepe-
 rit, & ægram animo tuæ præsentia fructu, et de tuis rebus narrati-
 one consolans. Nobis autem sacrificia curæ erunt, delecta omnino
 ea si quam inuenerimus idoneam, quæ pro te unà cum adolescente
 mactetur. Charicliã uerò parum abfuit quin eiulatum ederet, si-
 gnificatione mactationis adolescentis commota: uix tamen utilita-
 ti seruiens, furibundo affectu necessitate postulante represso & co-
 hibito, rursus occultè adrepebat ad scopum, & O domine, dice-
 bat. Sed neq; puellam fortasse te amplius inquirere oportuit, cum
 tibi semel populus foeminei sexus uictimã per me remiserit. Quod
 si quis contendat, par, & ex utroq; sexu sacrificandum esse, non pu-
 ella tantum, sed & adolescens alius tibi inquirendus est: aut nisi hoc
 feceris, nec puella alia, sed ego iterum mactanda sum. Dij melio-
 ra, subiiciente, & causam quam obrẽ hoc diceret, quærẽte: Quod,
 inquit, & cum uiuo hoc uiro, me uiuere. et cum moriente, unà mo-
 ri diuinitus est constitutum. Ad hæc Hydaspes, cum nondū rem
 ipsam conijceret: Laudo quidem, inquit, tuam hãc humanitatem
 filia, quæ peregrinum, & Græcum, & æqualem, unãq; captum, &
 cui tecum familiaritas ex peregrinatione intercesserit, officiose mi-
 sereris, & seruare cogites. Sed haudquaquam eximi potest sacrifi-
 cio, alioqui nec pietas & religio patitur, ut omnino circumscriba-
 tur patri

tur patrium institutum, de sacrificio ob uictoriam partam faciendo. Deinde nec populus ferret, qui uix ut tibi ueniã daret, deorum clementia permotus est. Chariclia igitur: O rex, inquit, patrem enim te appellare fortasse non licet: Siquidem deorum clementia corpus meum seruatum est, eiusdem sit clementia, meã quoq; seruare animam, quam uerè mihi esse animã, ij qui hoc fatali quadam necessitate sanxerunt, sciunt. Sin hoc irre tractabile parcis inuentum fuerit, & oportebit omnino exornare sacrificium maectatum peregrinum, unum tantum te mihi largiturum esse Promitte. Ipsam me iube maectare uictimã, & gladio tanquã charissimo quodam & preciosissimo accepto pignore, conspicuam apud Aethiopes fortitudinis gloria effici. Perturbatus hisce Hydaspes: Sed non intelligo, inquit, hanc tuã mentis in contrariam sententiam mutationem, quã nuper defendere peregrinum conabaris, nunc autem non secus ac hostem aliquem, manu tua tollere expetis ac postulas. Atqui neq; honesti quicquam, aut gloriosi, quod ad te ætatemq; tuam attinet, in actione ista inesse uideo. Verum fac esse: facultas tamen deest. Solis enim sacerdotio Solis & Lunæ fungentibus, patrijs institutis datum est hoc negocium: nec ijs quibuscunque, sed illi quidem uxori, huic autem uiro cohabitãti. Quod cum ita sit, tua uirginitas impedit hanc, quã unde oriatur haud scio, petitionem. Enim uero hac de causa nullum est impedimentũ, inquit Chariclia, pressa uoce, & ad aurem Persinæ se inclinans: Est enim & mihi, mater, is qui nomen hoc implet, siquidem id uestra uoluntas feret. Feret, inquit Persina, arridens leniter: & statim te elocabimus, dijs annuentibus, ei quem te & nobis dignum elegerimus. Chariclia autem clarius: Nihil opus est, inquit, eligere eum qui iam est. Cumq; iam quippiam planius dictura esset, (addebat enim audaciam immines periculũ Theageni, ac ob oculos uersans, & pudorem uirgineum seponere ac negligere cogebat) non amplius ferens Hydaspes: O dij, inquit, quã mala bonis miscere uidemini, & præter spem mihi donatam foelicitatẽ aliqua ex parte impedire: qui mihi filiam nõ expectatam quidem, sed amentem quodammodo ostendistis. An non enim fatuã mens esse declaratur in ea, quã absurdas uoces edit: Fratrem nominabat eũ qui non erat. De peregrino qui adest præsens, quis nam esset, cum interrogaretur, ignorare se dicebat. Rursus studebat seruare tanquam amicum, eum quẽ non norat. Cum se obtinere nõ posse petitionem intellexisset, ut ipsa maectaret tanquã inimicissimũ, obsecrabat. At cũ neq; hoc facere fas esse diceremus, uni tantum, & ei coniugi, tali sacrificio nuncupato: uirũ se habere prætexit, non addēs quem. Quomodo enim eum habere possit, quem neq; esse, neq; fuisse illi unq; per focum cõstiterit? Nisi fortè in hac sola fallit, id quod apud Aethiopes haudquaquam fallax est, castorum experimetum, & cum conscen-

A conscendisset non adustam remittit, ac ut adulterina uirginitate se uendit et largitur. Denique soli licet amicos & hostes eisdem puncto temporis habere, & fratres ac uiros qui non sunt fingere. Quamobrem uxor, tu quidem tabernaculum ingredi, & hanc ad sobrietatem reuoca, quæ aut à deo qui ad sacrificia uenit, in furorẽ concitatur: aut præ nimia lætitiâ ob successum insperatum, mente aberrat. Ego autem cum eam quæ dijs pro hac mactari debet, & inquiri & inueniri à quodam iusserim, tantisper dum hoc fit, ad danda responsa legationibus, quæ à gentibus ueniunt, & dona quæ ad gratulationem ob uictoriã partam, declarandã afferuntur, uertar.

Hæc ut dixit, prope tabernaculũ in edito loco confidens, uenire legatos, & si quæ afferret dona, adducere iubebat. Internuncius igitur Harmonias, Vtrũ omnes sine discrimine, an ordine & ex utraque gente delectos, denique si seorsim adducere iuberet, percontabatur. Hic autem cum ordine et distinctè dixisset, ut etiam singuli pro dignitate honorem consequantur. Rursus internuncius: Igitur, inquit, rex, primus fratris tui filius Meroebus ueniet, qui nuper quidem aduenit, sed ut prius denunciatur, ante septũ & coronã militũ qua cincti sumus expectat. Cur autem stupidissime & fatue, ad illum Hydaspes, non statim indicasti: cum non legatũ, sed regem eũ qui aduenisset, esse scires: et quidem fratris mei non ita pridem mortui filium, & à me in illius throno collocatũ, atque ad eò adoptione filium meum constitutũ? Sciebã, inquit, domine, Harmonias. Sed ante omnia occasionem captandã esse statuebã, cum si ulla re alia internuncijs, in primis ratione cõsiderationeque temporũ sit opus. Dabis igitur mihi ueniã, quod te cum reginũ colloquentem, auocare à suauissimo sermone sum ueritus. Nũc itaque ueniat, ut dixit rex, recurrebat, quemadmodum erat illi imperatũ: & statim redibat cum eo quod iniunctũ fuerat. Venitque in conspectũ Meroebus, cõspiciuus quidẽ iuuenis, tũ primũ autem adolescentiũ ætatem egrediens, cũ decem & septem annos impleret, proceritate aut supra omnes propemodũ qui aderãt eminens, cõspicuo stipatorũ comitatu illũ deducẽte: Aethiopicò uerò exercitu qui circumstabat, cum admiratione simul et ueneratione uiam ad illius aduentũ sine ullo impedimẽto patefaciente. Cæterum neque Hydaspes in folio mansit, sed obuiã progrediebatur: & cũ paterna comitate eũ cõplexus prope se collocauit, iunctaque dextra: Tempori uenis fili, dicebat, solenne sacrificiũ ob uictoriã partã unã facturũ, & nuptialia sacra celebraturus. Siquidem paterni dij generisque nostri authores, & heroes, filiã quidẽ nobis, tibi uerò sponsam (ut uidetur) inuenerunt. Enim uero arcana auditurus postea, nũc si quid fortè agere uis cũ gente que tuo regno subiecta est, indica. Meroebus autem audita sponsæ mentione, præ uoluptate simul & pudore, ne in nigro quidẽ colore celare potuit quod erubisset, tanquã ad fuliginẽ rubore accurrente. par-

uoꝝꝫ spacio intermisso: Alij quidē, inquit, pater legati qui adueni
 ūt, præcipuis rebus ex sua quisqꝫ regione, tuam præclarā uictoriam
 ornātes, te munerabuntur. Ego uerò te, qui strenuus in bellis exti-
 tisti, & maximis rebus gerendis præcipuam uirtutem declarasti,
 quum conuenienti & simili donario munerandū esse æquum iudi-
 carim, uirum tibi offero, gladiatorem in bellis & sanguine adeo ex-
 ercitātū, ut neminem sit habiturus qui se illi opponere possit. Lu-
 cta autem & cestuum pugna, in arena & stadijs adeo ualidum, ut il-
 lius robur à nemine sustineri queat. & simul innuens, ut ueniret
 uir, significabat. Ille autem progressus in mediū, adorabat Hy-
 daspem, tanta proceritate, & prisca illa statura homo, ut cum genu-
 regis oscularetur, propemodum eos qui in alto loco sedebāt ada-
 quare uideretur: & ne imperio quidem expectato, exuta ueste nu-
 dus stetit, omnem qui uellet, seu cum armis, seu nudis manibus, ad
 certamen prouocans. Cum autem nemo progredere, quamuis
 rex sæpius per præconem denunciasset ac edixisset, Hydaspes: Da-
 bitur, inquit, tibi quoqꝫ à nobis æquale præmium. & cum dixisset,
 elephantem multorum annorum, & insignis magnitudinis offerri
 ipsi iussit. Postquam autem adductum est animal, ille quidem ac-
 cipiebat lubēs. At populus subito concitus, mirus risus edidit, ur-
 banitate regis delectatus: & post submissionem ac dedecus, ut ui-
 debatur, ex irrisione ipsius iactantiæ solatium capiens. Post hunc
 & Serum adducebantur legati, araneorum qui sunt apud illos, sta-
 mina & texturas, uestem alterā purpureo colore tinctam, alteram
 candidissimam afferentes. His donis receptis, cum ut dimitteren-
 tur illis quidam, qui iam pridem damnati in carcere detinebantur,
 petissent, & rex annuisset: Arabum foelicium legati accedebant, &
 folij odoriferi & stœchadis & cynamomi, & aliorum aromatum
 quæ Arabia fert, dona multorum talentorum ex quolibet genere
 offerebant, odore fragrantissimo locū implentes. Aderant post
 hos ex Troglodytica regione, aurum formicinum, & gryporum
 iugum, quod aureis habenis regebatur, offerētes. Deinde Blem-
 myum adueniebat legatio, arcus & iaculorū spicula ex draconum
 ossibus, in coronā implicata gerens: et, Hęc tibi (dicebat) o rex à no-
 bis afferuntur dona, diuitijs quidē allatis ab alijs inferiora, cæterum
 apud fluuium cōtra Persas, ut tu ipse testis esse potes, comprobata.
 Preciosiora igitur sunt, inquit Hydaspes, quàm multis talentis con-
 stantia xenia, quæ ut alia quoqꝫ nunc mihi offerantur, in causa esse
 dicimus: simulqꝫ si quid postularent, exponere iubebat. Cumqꝫ si-
 bi minui & alleuari tributum petissent, totum in decennium dimi-
 sit. Post autem quàm propemodum omnes qui legatione funge-
 bantur, in conspectum uenerunt, et singulos paribus, plurimos au-
 tem amplioribus donis rex remuneratus est, ultimi aderant Axio-
 mitarum legati: qui quidem non pendebant tributum, sed alioqui
 erant

A erant socij & foederati. Quamobrem de rebus prosperè ac foelici-
 ter gestis gratulâtes, hi quoq; dona adducebant, cum aliâ, tum ani-
 mantis cuiusdam speciem, inusitata simul & admiranda natura, ma-
 gnitudine quidem instar cameli, colore autem & cute squammis
 floridis distincta ac maculata. Erat autem ipsi posterior pars unâ
 cum uentre humilis & leonina, porrò armî & pedes anteriores &
 pectus supra proportionem aliorum membrorum erectum: graci-
 le collum, & ex magno corpore reliquo, in tenue & subtile guttur
 productum: caput autem forma quidem cameli, magnitudine au-
 tem struthij Lybici caput paulo plus quàm duplo superans, & ocu-
 los tanquam cerussa illitos horribiliter uersans. Immutatum etiam
 habuit incessum, omnino terrestri animali & aquatico contraria
 ratione uacillans, cruribus non permutanter, nec alternis inceden-
 tibus, sed seorsum et simul duobus in dextra parte, sigillatim autem
 & coniunctim sinistris, simul moto utroq; latere sese transponenti-
 bus. Porrò adeò habile ad motum, & mansuetum ac cicur habitu
 ex assuefactione comparato, ut gracili funiculo uertici circumdur-
 cto à magistro regeretur, tanquam ineuitabile uinculum eius uo-
 luntatem ducem sequens. Hoc animal cum apparuisset, multitudi-
 nem quidem totam perculit, & nomen à figura sortitum est, à præ-
 cipuis corporis partibus ex tempore à populo Camelopardalis no-
 minatum: tumultu autem & perturbatione panegyrim impleuit.

B Accidit enim tale quiddam. Aræ Lunę astabat iugum bouum: Solis
 autem, qua drigæ equorum alborum, ad maetationem præparato-
 rum. Porro cum peregrinum & inusitatum, & cum primis mon-
 strosus animal apparuisset, tanquam spectro perturbati, terrore
 impleti sunt, & eorum qui tenebant uinculis ruptis, ex tauris alter
 qui solus ut uidetur animal conspexerat, & duo equi in fugam effu-
 sam sese cõcitarunt. Perrumpere quidem septum exercitus neque-
 untes, cum confertim densatis scutis milites tanq; murum in circu-
 itum duxissent: currentes autem sine ordine, & quoduis obuium
 medio in spacio seu uas seu animal euertetes. Ita ut clamor mixtus
 tolleretur ob id quod fiebat, partim præ metu ab his ad quos delati
 fuerant, partim præ uoluptate ab illis quibus dũ in alios insilirent
 delectationem & risus materiam ex conculcatione cadentium præ-
 bebant. Quamobrem ne Persina quidem & Chariclia manere qui-
 etæ, et intra tabernaculũ sese cõtinere potuerunt, sed uelamine pau-
 lulũ amoto & subducto, spectatrices eorũ quæ fiebant, existebant.
 Ibi Theagenes, seu proprio & uirili spiritu incitatus, siue etiam di-
 uinitus immisso impetu usus, & custodes qui illi astiterant disper-
 sos propter tumultum exortum conspicatus, erexit se subito, cum
 antea ad aram genibus incumberet, & maetationem singulis mo-
 mentis expectaret, lignumq; fissum (quorum magnus numerus in
 ara iacebat) arripit, & ex equis qui non effugerant unius dorsum

A 2 occupat.

occupat, & apprehensis crinibus ad collū propendentibus, iubaq̄
 tanquam freno utens, calcaneoq̄ quasi calcaribus equum urgens,
 & locō flagri ligno fisso continuē concitans, taurum qui effugerat
 agebat. Ac initio fugam esse Theagenis, ij qui aderant suspicaban-
 tur: & clamore, ne sineret illum extra septū armatorum euehi, qui-
 libet alterum quē proximē astiterat, cohortabatur. Cæterum pro-
 cedente conatu, quod non formido esset, neq̄ fuga maētationis, e-
 docebantur. Asssecutus enim celerrimē taurum, aliquādiu à cauda
 detentum egit, lassitudine conficiens simul, & ad celeriorē cur-
 sum bouem incitans: quo se autem concitasset, conuersum seque-
 batur, gyrationes & exitus angustos cautē declinans. Postquam
 autem illi notum & familiarē conspectum sui actionemq̄ ipsam
 reddidit, iam ad latus adequitabat, cute cutem attingens, & anhel-
 tum taurinum ac sudorem equestri miscens, & cursum ita æquali
 celeritate moderans, ut hi qui longius aberant coaluisse uertices a-
 nimalium opinarentur, & Theagenem apertē diuinis laudibus ex-
 tollerent, qui peregrinum quoddam ex equo & tauro iugum con-
 fecisset. Multitudo quidem his uacabat. Chariclia uerō intuens,
 horrore & tremore detinebatur, cum quorsum tenderet conatus
 ignoraret, & de illius uulnere (si fortē lapsus contingeret) nō secus
 ac de sua maētatione esset sollicita: ut neq̄ Persina clam id esset, sed,
 O filia, diceret, quidnam tibi accidit? Videris pro peregrino peri-
 clitari. Etiā ipsa aliquo modo commoueor, & miseret me illius iu-
 uentutis. Effugere illum etiam periculum opto, & cōseruari sacris,
 ne omnino imperfectus, & neglectus à nobis cultus diuinus relin-
 quatur. Chariclia uerō: Ridiculum est, inquit, optare ut non mo-
 riatur, eam ob causam ut moriatur. Cæterum si id à te prestari po-
 test mater, serua uirum, mihi gratificans. Persina autē causam
 non ueram, sed alioqui amatoriam suspicata: Et si haudquaquam,
 inquit, seruare illum possim, tamen quæ tibi cum uiro consuetudo
 intercedat, propter quam tantopere tibi est curæ, audacter iam de
 inceptis matri exponere: etiam si sit iuuenilis commotio, & uirginitati
 non conueniens. Materna natura filiae, & foemineus sexus mulie-
 brem lapsum, quo cognatione quadā afficitur, adumbrare nouit.
 Cum igitur summo cū dolore collachrymasset Chariclia: Et in hoc,
 inquit, præter cætera sum infœlix, quod etiam ab his qui singulari
 prudētia & ingenij perspicacia sunt præditi, dum loquor, haud in-
 telligor: & cum calamitates meas exponam, nondum eas narrare
 existimor: deniq̄ ad nudam deinceps & apertam accusationē mei
 uenire cogor. Hæc dixit: & cum uellet rem ipsam aperire, rursus
 est excussa, clamore maximo à multitudine sublato. Theagenes e-
 nim cum permisisset equo, quanta celeritate posset uti, & præcur-
 rentem aliquantū, pectus capiti taurino adæquare, hunc quidem
 liberum ferri siuit desiliens: iniicit autem se in collum tauri, & in me-
 dium spa-

A dium spacium inter cornua facie collocata, ulnis uero tanquam corona circumpositis, ac digitis in taurina fronte in nodum complicatis, ac reliquo corpore iuxta dextrum armū bouis demisso, dependens ferebatur, ita ut paululū taurinis saltibus concuteretur. Postquam autem iam fatigatum nimio pondere, & languefactos esse illi musculos ex nimia intensione sensit, atq; id loci in quo sedebat Hydaspes prætereuntem, obuertit eum in anteriorem partem, & illius cruribus suos pedes obijcit, unguis eos continuè impingens, & gressum bouis implicans. Ille autem in impetu cursus impeditus, & robore iuuenis grauatus euertitur, ac repente in caput deuolutus, & erectis pedibus in scapulas ac deorsum proiectus, diu resupinus porrectim iacuit, cornibus terræ infixis, & ita ut caput mouere non posset radicatis. Cruribus autem nequicquam salientibus, & opportunè aerem findentibus, & cladem languore testantibus. Incumbebat uerò Theagenes (sola sinistra manu ad deprimendum uacans, dextram autem in cœlum continuè tendens) & in Hydaspem & reliquam multitudinem exporrecta fronte intuebatur, risu illos ad oblectationem prouocans, & mugitu tauri tanquam tuba celebritatem uictoriæ denunciāns. Resonabat autem ex aduerso & populi clamor, perspicuum quidem nihil & articulatum in laudem proferens; cæterum hianti ore ut plurimum ex arteria sola sonos admirationis indices edens, diuq; communi consensu eum ad cœlū ferens. Iussu igitur regis ministri accurrentes, alij Theagenem erectum adducebant, alij cornibus tauri laqueo restis iniecto, ducebant tristem ac demissum, & aris rursus hunc & equum comprehensum alligabant. Et cum Hydaspes aliquid cum Theagene locuturus esset, & acturus, populus, tum delectatus adolescente, & inde usq; ab initio cum primū uisus est, singulariter erga illum affectus: tum roboris admiratione stupefactus, magis autem Aethiopi athletæ Meroebi inuidens ac æmulans, Hic cum Meroebi pugile iungatur, communi consensu exclamauit: Is qui elephantem accepit, decertet cum eo qui taurum cepit, continuè pronuntiabat. Cumq; diu incumberet, annuit Hydaspes, ducebaturq; ex templo in mediū Aethiops, superbè trucibusq; oculis circa se omnia lustrans, ac summis pedibus incedens, & dilatans sese, ac per uicissitudinem cubitis ulnas insolenter quatiens. Postea uerò quàm prope concilium constitit, Theagenem contuitus Hydaspes, Græco sermone: Peregrine, inquit, cum hoc te inire certamen populus iubet. Fiat id quod illi placet, Theagenes respondit. Cæterum quæ ratio est certaminis? Luctæ, inquit Hydaspes. At cur non potius gladiatorum, inquit, & armorum, ut aliquo præclaro facinore edito, aut cadens impleam Charicliam, quæ hæctenus rationes nostras tacere sustinuit: uel ad extremum, ut uidetur, nos ualere iussit. Quid hoc sibi (inquit Hydaspes) uelit, quod no-

men Charicliæ admisceas, & habeas in ore, ipse scis: cæterum luctari, & non digladiari te oportet. Siquidem sanguinem effusum ante sacrificium conspici, fas non est. Cum igitur intellexisset, quod metueret Hydaspes ne interficeretur ante sacrificium: Rectè facis, inquit, quod me dijs conseruas, quibus etiã res nostræ curæ erunt: simulq; sumpto puluere, & humeris ac ulnis adhuc à bouis circũactione sudore madentibus insperso, ac eo qui non adhæserat excusso, obiicit porrectim manus. Et pedibus in uestigio firmiter defixis, & poplite inflexo incuruatoq; , humeris parteq; inter scapulas contorta, & collo aliquantum inclinato, deniq; toto corpore contracto stabat, prehensiones luctarum cupidè expectans. Aethiops autem intuens, minaci oris habitu ridebat, & ironicis gestibus insultare aduersario uidebatur. Tum repenti in cursione facta, cubitum tanquam uectem aliquem collo Theagenis impingit: à qua plaga ingenti sonitu exaudito, rursus exultabat, & stolidè sibi arridebat. At Theagenes, ut uir in gymnasijs & unctiõibus ab ineunte ætate exercitatus, & certandi arte Mercurij exactè instructus, cedere initio statuit, & experimẽto uirium aduersarij sumpto, tam terribili impetui & fero non resistere, cæterum agreste robur arte eludere. Statim igitur cum paululum tantum à terra commotus esset, magis se dolere gestu simulabat, & colli alteram partem expositam ad ictum excipiendum obieciat. Cumq; Aethiops iterum ferisset, cedens plagæ, propemodum se collabi in faciem fingeat. At postquam in contemptum illius adductus Aethiops, & animatus incautè iam tertio irruebat, & cubitum rursus sublatum impacturus erat: subiit repenti Theagenes, inflexione corporis impetu declinato, & dextro cubito sinistro illius brachio sursum impulso ac remoto, proiecit aduersarium nodo implicitum, atq; etiam suæ manus impulsu frustra incitato in solum abreptum, & sub axillam illius se coniciens, circumfundebatur tergo: crassoq; uentre difficulter manibus cincto, gressum circa talos & malleolos calcaneo magna uir & nulla intermissione facta demolitus, & in genua procumbere cogens circumdat pedibus, & partibus circa inguina pressis, cruribus ac palmis, quibus innitens Aethiops pectus attollebat, excussis, cubitos nodi instar circum tempora ductos, ad tergum & humeros retrahens uentrem illius in terram porrexit. Vna igitur uoce ob hoc factum, & clariore quàm antea, à multitudine edita, neq; rex sese cohibere potuit, sed exiit è solio, et, O necessitatem odiosam, dicebat: qualem uirum mactare lege cogimur? & simul cum eum aduocasset: O adolescens (ad ipsum inquit) Ut coroneris etiam ad sacrificia, sicuti moris est, adhuc restat. uel maximè autem hæc præclara quidem & illustris, sed inutilis tibi & diurna uictoria, coronam meretur. Cæterum postquã id, ut te ex præsentis statu liberẽ, etiamsi uelim, præstari à me non potest, quantum licet

A tum licet, et conceditur, præstabo: & si quid nosti, quò te adhuc ui-
 uentē iuuare possim, postulato. Simulq; cum his dictis auream
 & lapidibus distinctam coronam Theageni imposuit. Nec non a-
 nimaduersus est quòd lachrymaret. Theagenes autem: Igitur
 postulabo, inquit: & peto à te, ut hoc des meis precibus, quando-
 quidem promisisti. Si maectationem omnino subterfugere & cui-
 tare non possum, saltem manu tuæ, quæ nunc inuenta est, filia me
 maectari iube. Morsus hoc dicto Hydaspes, & ad similitudinem
 Charicliæ precationis animum referens, cæterum non iudicans o-
 peræ precium esse, euestigio rem ad amussim inquirere: Ea quæ fi-
 eri possunt, inquit, hospes, & petere te iussi, & daturum me esse pol-
 licitus sum, Porro nuptam esse uiro, non uirginem, quæ maectet, lex
 difertè iubet. Sed & ipsa habet uirū, ad illum Theagenes. Deli-
 rantis, inquit Hydaspes, hominis, ac reuera animum despondentis
 & præbentis se morti, uerba ista sunt. Matrimonij & consuetudi-
 nis cum uiro expertem esse uirginem, focus declarauit. Nisi fortè
 Meroebum hunc uirum dicas, nescio unde edoctus: nondum qui-
 dem uirum, cæterum sponsum à me nominatum. Sed neq; futu-
 rum statue, dixit Theagenes, si quid ego de Charicliæ animo sensi:
 & si mihi, ut uictimæ diuinanti, credere iustum erit. Ad hæc Me-
 roebus: Sed non uiuæ, inquit, præclare uictimæ, sed maectatæ & re-
 sectæ, extis significationem uatibus exhibent. Quamobrem rectè
 B dixisti pater, despondentem animum ineptè, & nihil ad rem loqui
 peregrinum. Sed hunc quidem, si iubes, ducat aliquis ad aras. Tu
 uero cum absolueris, si quid adhuc restat, ad sacrificiū aggredere.
 Et Theagenes quidem ducebatur eo, quò imperatū fuerat. At
 Chariclia, quæ ob uictoriam aliquantum respirauerat, & meliora
 sperauerat, rursus cum duceretur, in luctu erat. Et Persina multifa-
 riam consolante, et consentaneum esse quod possit seruari iuuenis,
 si mihi reliqua & manifestiora de te narrare uolueris, dicente: Cha-
 riclia quidem tempus dilationem haud concedere uidens, ad præ-
 cipuas & principales narrationes aggressa est. Hydaspes autem,
 si qui adhuc ex ijs qui legatione fungeretur, reliqui essent, ex inter-
 nūcio quærebat. Harmonias uero: Soli Syenenses, inquit, Rex,
 literas Oroondatis &, xenia afferetes. Nuper autem et momentò
 antè uenerunt. Accedant igitur hi quoq;, Hydaspes cū dixisset,
 aderant, & literas tradebāt: quas apertas & euolutas legebat. Erāt
 autem eiusmodi. CLEMENTI ET BEATO AETHIOPVM
 REGI HYDASPI, OROONDATES MAGNI REGIS SATRA-
 PA. Quum uincens prælio, magis animi celsitudine uiceris, &
 mihi satrapiam totam tua sponte concesseris, haud mirum mihi in
 præsentia uidebitur, si exilem petitionem cōprobaris. Puella quæ-
 dam cum Memphi duceretur, obiter belli fuit appendix: & quòd
 captiua iussu tuo in Æthiopiam sit missa, ex his qui unà cum ipsa fu-
 erunt,

erunt, & tum periculum effugerunt, audiui. Hanc oro mihi dimit-
 ti muneris loco, cum ipsius puellæ causa, tum præcipuè patris, cui il-
 lam seruare uelim. Qui multum terræ pererrauit, et dum filiam in-
 quireret, à præsidio quod fuit Elephantinæ sub belli tēpus captus,
 à me contemplante hoc tempore eos qui superfuissent ex prælio,
 conspectus est, & ut mitteretur ad tuam clementiam petijt. Habes
 ibi unà cum alijs legatis uirum talem, ut uel solis moribus generosi-
 tatem declarare possit: & dignum, ut uel uultu tantum & facie à te
 quòd petit impetret. Lætum mihi hūc ò rex remitte, qui pater non
 modò nominatur, sed etiam extitit. Hæc ut legit: Quis igitur est
 ex his qui adsunt, qui filiam inquirit? percontatus est. Et cum o-
 stendissent quendam senem: O hospes, ad illum inquit, omnia
 petentē Oroodate lubens faciam: Sed decem tantum adolescen-
 tulas captiuas duci iussi. Cum uerò unam filiam tuam non esse co-
 gnitum sit, reliquas contemplare: & si agnitā inueneris, accipe.
 Procumbens senex, osculabatur pedes. & cum adductas puellas
 contemplans, eam quam inquirebat nō inuenisset: rursus tristis &
 moerens, Nulla ex his est, Rex, dicebat. Voluntatem & studi-
 um meum, inquit Hydaspes, agnoscis tibi non deesse. Fortunam au-
 tem accusa, si eam quam inquiris, non inuenis. Nam quòd neq; alia
 uenit præter has, neq; ulla est in castris amplius, circumspicere tibi
 licet. Cum ferijisset frontem senex, & collachrymasset, faciem at-
 tollens, & multitudinē in orbem circumspiciens, repente tanq̃ B
 furiosus cucurrit: cumq; accessisset ad aras, & pallij (hoc enim for-
 tē indutus erat) oram restis instar contorsisset, inijcit collo Thea-
 genis, & trahebat, clamans ita ut exaudiri posset: Nactus sum te
 hostis, habeo te conscelerate & execrāde. Cumq; custodes resiste-
 re & auellere niterentur, firmiter hærens, & tanquam in unum cor-
 pus cum illo coaluisset, ut eum duceret in conspectum Hydaspis &
 concilij obtinuit. Et, O rex (dicebat) hic est qui meā filiam tan-
 quam prædator mihi eripuit, hic est qui domum solitariam & libe-
 ris orbam reddidit, & ex medijs Apollinis aris animam meam ra-
 puit, ac nunc tanquam pius aliquis deorū aris afsidet. Commo-
 ti sunt omnes ad ea quæ fiebant, uerba quidem non intelligentes,
 cæterum rem ipsam quæ cernebatur admirantes. Et cum Hyda-
 spes planius, quidnam uellet, dicere iuberet: senex (erat autē Cha-
 ricles) ueriores de genere Chariclæ occultabat: id ueritus, ne illa in
 fuga fortē, & itinere iam antea sublata, bellum sibi cum ueris paren-
 tibus accerferet. Exponebat autem compendio ea quæ nihil noce-
 bant, ac dicebat: Erat mihi filia, rex, quam si quali animi indole &
 forma fuisset, conspexissetis, iustam causam habere me, quā obrem
 dicam, crederitis. Erat inquam in uirginitate ætatem degens, & mi-
 nistra quæ Delphis colitur Dianæ. Hanc præclarus iste Theffalus
 genere, cum Delphos meā urbem quasi patrium quoddā sacrum
 celebraturus,

celebraturus; præfectus legationis constitutus uenisset, clam ex adytis ipsis abstulit, atque adytis Apollinis. Quamobrem & erga uos merito deliquisse existimari debet, qui patrium uestrum deum Apollinem (qui idem est cum Sole) ac illius delubrum profanauit. Porro quoniam quidam falsus antistes Memphiticus, socius huius sceleratae ac nefariae actionis extiterat, cum essem in Thessalia deposcens à reliquis ciuibus, nec usquam inuenirẽ, illis mihi hunc etiam in fuga, & ubiuis locorum inueniretur, tanquam pestem detentibus: arcem & asylum fugæ Calasiridis Memphim esse certis coniecturis suspicatus, eò cum peruenissem, Calasiridem quidem ut oportuit mortuum deprehendo: à Thyamidẽ autem eius filio, de omnibus quæ ad filiam attinebãt, & quòd Syenen ad Oroonda tem missa esset, certior factus: Oroondatẽ etiam Syenæ frustratus (nam illuc quoque ueneram) Elephantinæ autem à bello deprehensus ac detentus, uenio huc in præsentia supplex, filiam inquisiturus. Et in me calamitosum hominem beneficium contuleris, & te ipso rem dignam feceris, si deprecatorem satrapam pro nobis nõ aspernari uideberis. Et ille quidem tacuit, lugubres fletus ad ea quæ dixerat addens. Hydaspes autem ad Theagenem: Quid dices ad hæc, inquit? Ille autem: Vera, inquit, sunt omnia, quæ in accusatione commemorata sunt. Prædo ego sum, & iniquus, & grassator, quod ad hunc attinet: cæterum in uos beneficus. Redde igitur, inquit Hydaspes, alienam, propterea quòd dijs antea deuotus sis, maturationẽ sacrificij illustrem & gloriosam, nõ supplicij iustam perlaturus. Sed non is qui iniuriam fecit, dixit Theagenes, sed qui iniuriæ fructum habet, reddere iuste debet. Cum igitur tu ipse habeas, redde. siquidem hanc, tuam filiam esse Charicliam, & ipse fatebitur. Nemo amplius sese continere poterat, sed simul omnium confusanea commotio existebat. Sisimithres uerò cum diu se continuisset, iam pridem ea quæ dicebantur & fiebant sciens, cæterum ut ad exactam & certam cognitionem peruenirent, ea quæ sensim patefiebant expectans, accurrebat, & Chariclem amplectebatur. Et, Salua est adoptiua tua, & à nobis tibi quondam tradita filia, dicebat: reuera inuenta & cognita filia eorum, quos tu ipse scis. Et Chariclia è tabernaculo procurrebat, ac neglecto naturæ omni ac ætatis pudore, Bacchico quodam & furẽti impetu ferebatur, & ad genua Chariclis prouoluta: O pater, dicebat, non minus mihi quam qui me procreauerunt obseruande: Viscere me, ut uis, nec eam ipsam excusationem, quòd fortasse id deorum uoluntati quispiam tribuere possit, & illorum gubernationi ea quæ facta sunt, ascribere, auscultans. Persina autem in altera parte Hydaspem amplectebatur, & Omnia ita se habere credas, mi uir, ad ipsum dicebat. Sponsum esse filiolarum Græcum hunc iuuenem, omnino scito. Populus itidem alia ex parte, gratulatorijs clamoribus gestiebat ac tripudiabat.

B

pudiabat.

pudiat. Omnium ætatum & ordinum homines, communi con-
 sensu ob ea quæ fiebant, lætabantur: plurima quidem eorum quæ
 dicebantur, non intelligentes: cæterum rem ipsam ex his quæ præ-
 celsent Charicliæ rationibus, cõijcientes: fortassis etiam diuino
 quodam impulsu, qui ut omnia hæc mirificè caderent tanquam in
 » scena, effecit, ad animaduertendam ueritatem adducti. A quo &
 » maxime contraria ad conuenientiam aptabantur, cum gaudium &
 » moeror inter se connexa & complicata essent, lachrymæ risu misce-
 » rentur, tristissima & acerbissima in solennitatem festi commuta-
 » rentur: ridentibus simul his qui plorabant, & gaudentibus his qui
 » lugebant: cum inuenirent eos quos non quærebant, & amitte-
 » rent quos se inuenturos esse existimabant: & ad extremum expe-
 » ctatis cædibus, in pia sacrificia transmigrantibus. Cum enim Hy-
 » daspes ad Sisimithrem, Quid facere oportet, o sapientissime: dixit:
 » set: Recusare & refugere deorum sacrificium, impium est: mactare
 » eos qui ab illis sunt donati, religio. Excogitandum est nobis, quid
 » faciendum sit. Sisimithres non Græca lingua, sed ut omnes ex-
 » audire possent, Aethiopica: O Rex, dixit, offunditur caligo, ut ut-
 » detur, etiam sapientissimis uiris, præ nimia uoluptate. Te igitur uel
 » iam pridem conijcere & animaduertere oportuit, deos non admit-
 » tere sacrificium quod apparabatur, qui iam ex omni parte beatam
 » Charicliam, ex ipsis aris filiam tuam esse declararunt: & huius nutri-
 » cium, tanquam ex composito, ex media Græcia huc accersuerunt: B
 » iam terrorem & perturbationem equis & bobus, qui ad aram sta-
 » bant, incutientes, & fore ut reijcerentur maiores hostiæ moribus
 » & institutis receptæ significantes: nunc tanquam bonorum coro-
 » nidem, & tanquam facem fabulæ, sponsum puellæ, hunc Græcum
 » iuuenem ostenderunt. Enim uero admittamus ad animum hæc di-
 » uina miranda facta, & adiutores simus illorum uoluntatis: & con-
 » tinuemus magis pia sacrificia, hostias humanas & in consequentem
 » ætatem reijcientes. Hæc cum Sisimithres clarè, & ita ut ab omni
 » bus exaudiri possent, intonasset: Hydaspes, cū & ipse linguam gen-
 » ti uernaculam intelligeret, Charicliæ & Theagene apprehensis: Igi-
 » tur uos qui adestis, dicebat, cum hæc ita deorum nutu & uolunta-
 » te peracta sint, resistere fas non est. Quamobrem testibus ijs ipsis
 » qui hæc fati destinant, & uobis qui illorum ductum animorum
 » assensu sequi uideamini, par hoc solennibus nuptijs coalescere decla-
 » ro: & mutua consuetudine frui, procreationis liberorum uinculo
 » coniunctos, permitto. Et si uidetur, cõfirmet hæc quæ decreta sunt
 » sacrificium: & ad rem sacram uertamur. Hæc dicta approbavit
 » exercitus, & plausum manibus, ratum se habere coniugium signi-
 » ficans, edidit. Appropinquans itaq; aris Hydaspes, & iam rem
 » diuinam incepturus: O domine Sol (dicebat) & Luna domina, si-
 » quidem coniuges Theagenes & Charicliæ, uestra uoluntate decla-
 » rati sunt,

Arati sunt, licet illis sanè & sacra uobis facere. Et hæc cum dixisset, sua & Persinæ mitra, nota sacerdotij dempta, alteram Theageni, quæ sua erat, alterã Charicliæ, quæ Persinæ, imponit. Quod cum factum esset, oraculi quod illi redditum fuerat Delphis, Charicles recordatus est: & re ipsa perfectum esse id, quod iam pridem à dijs prædictum fuerat, comperit: quod iuuenes dicebat, postquam fu-
gissent Delphis,

Venturos solis torridum ad igne solum,

Magna ubi præcipuæ uirtutis præmia tandem

Temporibus fuscis candidaserta gerant.

Coronati igitur iuuenes albis mitris, & simul sacerdotio, uocè sententiæq; Hydaspis ornati, cū sacrificium ipsi ritè peregissent, cum facibus accensis, & tiliarum ac fistularum concentu, in curribus equorum quidem iunctorum, Theagenes unà cum Hydaspæ, Sismi-
mithres uerò cum Charicle seorsim: bouum autem alborum Charicliæ & Persinæ, cum gratulationibus, plausu ac tripudijs, Meroen deducebantur: ut reliqua quæ ad nuptias pertinent, magis arcana, in urbe, maiore cum solennitate celebrarentur. Talem finem sor-

tita est confectio de Theagene & Charicliæ Aethiopicarum orationum: cuius author est uir Phœnix

Emesenus, ex genere Solis, Theodo-

sij filius, Heliodorus.

AETHIOPICAE HISTORIAE HELIODORI
LIBRI DECIMI ET VLTIMI
FINIS.

B 2

IN HELIODORI HISTORIAM AETHI OPICAM INDEX.

- A** cestinus pag. 69 a. amoris uis & efficacia 25 b. 45
 Achemenes pocillandi a. 72 b.
 artem Charicliam docet, amoris impatientiae typus 17 b.
 136. b. eiusdem nuptias am- & 18 a. 30 b. 122 a.
 bit 133 b. 134 a. 135 a. amoris affectus omnibus homi-
 Achemenes uulneratur sagitta nibus innatus 72 b.
 167 a. b. amoris remedia 72 b
 Achemenis nuptiae turbantur amoris unde nascatur satietas
 praeter omnem expectationem 19 a.
 136 a. amoris nulla satietas uera 66 b.
 Achemenis ad Oroondatem pro- amorem aspectus conciliat ac
 fectio 142 a. renouat 67 a.
 Achilles praelium ad Scaman- amas acris est in deprehenden-
 drum 66 a. do eo, qui simili affectui suc-
 Aegine inf. descriptio 39 a. cubuit 107 b.
 adoratione Persarum reges ue- amantium acris in cognoscendo
 nerandi 129 b. aspectus 120 a.
 Aegyptij cur deos pedibus con- amantibus formidolosa esse eti-
 iunctis fingant 61 b. am ea quae sunt extra omne
 Aegyptiorum fuga 166 b. periculum 106 b.
 Aegyptiorum hospitalitas 42 b. Amethysti gemmae descriptio
 pietas. 43 a. 47 a. sapientia 88 b.
 62 b. Amphictyones certaminum a-
 Aegyptiorum parationes 113 a. pud Graecos iudices 65 a. b.
 Aegyptiacorum praedoni ref- Amphictyonum cocilium 46 a.
 publica 11 b. ex Andromeda picturae contem-
 Aenianus legationis praefectus platione Persina Aethiopum
 51 b. regina, albam concipit ex
 Aeniani descriptio 51 b. marito nigerrimo filiam 180 b
 aequitatis leges 177 b. animal horrendum ab Axioni-
 affectiones quo citius agnoscun- tarum legatis Hydaspis dono
 tur, eo facilius curatur 68 a. datum 187 a.
 Aethiopiae regum liberalitas animi aegri descriptio 18 a.
 73 b. annuli, quem Calasiris Nausicli
 Aethiopum heroes, ac Aethio- obtulit, elegans descriptio 88 b.
 pum dii 71 a. Anticlidis in Aegyptum nau-
 Aethiopum sacrificia castissi- gatio 34 b.
 ma 174. b. 14. 6 b. antri descriptio 26 b.
 Aethiopum cum Persis bellum cruen- Apollinis de Theagenis ac Cha-
 tissimum 115 b. 138 b. 163. inde riclae casibus oraculum 195 a.
 Aethiopum ad Syenenses de pa- Arabum dona Aethiopum regi
 ce incunda oratio 158 b. in gratulationem parte ui-
 Aethiopici athletae descriptio ctoriae oblata 186 b.
 187 a. 188 b. cum Theagene Aristippus Atheniensis a De-
 pugna 190 a. meneta illicitum amatur 13 b.
 affectionum cause naturales Arsace Oroondatis primi satra-
 58 b. & 59 a. pe uxor 117 a. eiusdem for-
 Alcamenes Charicliae a prima ma & industria 115 b.
 infantia desponsatur 70 a. Arsace Memphitarum belli fini-
 amor cur alatus fingatur 65 b. endi condiciones proponit
 amor mentis uires maximè de- 117 a. 118 a.
 bilitat 60 a. Arsace Charicliae ueneficij cri-
 amor pudore uacat 78 a. mine accusat 145 b. et iterum
 amoris illiciti descriptio 13 b. 147 b.
- Arsace febricula corripitur, 150. sibi ipsi manus infert 152 a.
 Arsaces furibundus in Theage- nem amor 121 b.
 zelotypia 130 a.
 Arsaces munera Theageni mis- sa 130 a.
 Arsinoe 18 b. Thisben obstru- ctas sibi insidias apud cogna- tos accusat 34 a.
 Arsinoes ad Aristippum oratio 19 a.
 Asafoba fl. 174 a.
 Assyriaca musica 77 a.
 Astabora fl. 174 a.
 auri copia apud Aethiopes 155 a.
 Axiomitarum dona Aethiopum regi oblata 186 b.
- B**
- Bacchus cur Mercurio asidere a poetis fingatur 90 a.
 Bacchi hymnus 89 b. sacrificia 175 a. & 176 a.
 Bagoas eunuchus 154 a. Thea- genem & Charicliam in Ae- gyptum ducit. 151 b. (153 b.
 Bagoas a Troglodytis captus
 Bagoae ad Arsacem profectio 150 a.
 Bagoae erga Theagenem et Cha- ricliam beneuolentia 153 b.
 Barbarorum ingenia 28 a.
 Basilisci serpentis natura 59 a.
 Bessa pagus 110 a.
 Bessacensium bellum 115 b. 117 a
 Blemmyes 164 b. & 165 a.
 Blemmyum legatis tributa di- missa 156 b.
 Blemmyum dona Aethiopiae regi oblata 186 b.
 Bubulci cur comati 41 b.
 Bubulcorum genus semper infi- dum 39 a.
- C**
- Calasiris 44 b. senectutis suae incommoda deplorat 81 a.
 Isidi uota nuncupat 121 b.
 eidem sacrificat eodem
 Calasiris Charicliae amore er- ga Theagenem explorat 68 a. cum Chariclia mendicorum habitu peregrinatur 121 a.
 a filijs

I N D E X.

- à filijs difficulter agnoscitur 120 a.
 Calasiris filium Thyamidem in sacerdotem coronat 121 b.
 Calasiridis mors 123 b.
 Calydonium mare 90 a.
 Calydonij scopuli 80 b.
 Camelopardalis animalis descriptio 187 a.
 Castalius fons 46 b.
 castitatis ueræ speculum 12 b. e.
 iusdem seruandæ memorabile exemplum 35 a.
 Catadupi 48 b.
 Cephalenorum insula 76 b.
 Cereris hymnus 89 b.
 Charadrius auis ictericis medetur 59 a.
 Chariclia in Aethiopia cur contranaturâ alba nata 71 a. 180 b.
 Chariclia exponitur cum fasciâ 49 a.
 Chariclia cur exposita 71 a.
 Chariclia cum suis magna maris tempestate periclitatur 97 b.
 Chariclia nefario piratarum arbitrio exponitur 98 a.
 Chariclia in antrum demittitur. 27 a. fascino laborare uidetur 59 b. magna pompa rapitur & abducitur 77 b.
 Chariclia ad uitâdas Theagenis amatoris insidias, mendicorum habitu peregrinationem instituit 110 b. & 111 a.
 Chariclia cum Theagene à Troglodytis capta 153 b.
 Chariclia cum Theagene ad Oroondatem captiua ducitur 151 b.
 Chariclia Theageni multis lachrymis peragit inferias 109 a.
 Chariclia non corporis, sed animi morbo laborare, à medico deprehensa. 69 b. (iugiu. 24 b.
 Chariclia alienum approbat conciliandi ab eodem instructa 136 b.
 Chariclia Alcamenem adolescentem ab infantia sibi promissum repudiat, Theagenis amore capta 75 a.
 Chariclia astute ad Arfacen cum Theagene inuitatur 124 b.
 Chariclia Achemeni desponsatur 133 b. & 134 a.
 Chariclia in aulam Arfaces ad mensæ ministeria assumitur 134 b.
 Chariclia non soror, sed sponsa Theagenis esse declaratur 136 a.
 Chariclia cum Theagene apud Arfacen in seruitute redacta 134 b. (rem petita 23 b.
 Chariclia à Thyamide in uxore Chariclia Calasiridis mortem deplorat 125 eidem inferias celebrat 127 a.
 Chariclia in Nausiclia nuptijs, sponsum suum exulem & captiuum deplorat 108 a.
 Chariclia à Nausicle inuenta, pro Thisbe abducitur 85 b.
 Chariclia captiua ad Arfacen ducitur 145 a.
 Chariclia accusatur ob datum Cybelæ uenenum 145 b. 146 a.
 Chariclia propter ueneficium ad rogam quo comburere tur abducta 146 b.
 Chariclia suam innocentiam magno probat miraculo 146 b. 147 a.
 Chariclia suam castitatem simul & amores enarrat 72 a. b.
 Chariclia in patriam reuocatur 74 a.
 Chariclia capta ad belli primitias asseruatur 155 a. ad sacrificia deputatur 176 b. 177 a. pro uictima ad aram ducitur 175 a. 174 a. ex regio se genere natâ declarat 178 b.
 Chariclia post longum exilium à parentibus agnoscitur 179 a.
 Chariclia in deorum numerum relecta 43 a.
 Chariclia Theageni à parente reuera desponsatur 194 b.
 Chariclia ad deorum aras sponsa coronatur 195 a.
 Chariclia Merocho desponsatur 185 b.
 Charicliæ genus & parentes 68 b. ex inscriptione deprehenduntur 70 b. & 71 a.
 Charicliæ educatio 179 b. 180 a. forma 55 b. 86 b. 87 a. ornatus 56 a.
 Charicliæ coronatæ ornamenta 100 a.
 Charicliæ arcus & pharetra 111 a. zona preciosissima 55 b.
 Charicliæ pietas in parentem 97 a. insomnium 38 a. 148 b. nuptiæ 98 b.
 Charicliæ pudicitia & castitas 25 a. 78 a.
 Charicliæ in Aegyptum profectio 151 b.
 Charicliæ in perferendis doloribus constantia 145 a.
 Charicliæ astuta in rebus gerendis consilia 110 b.
 Charicliæ cum Trachino nuptiæ 98 b.
 Charicliæ ædes ab armatis iuuenibus occupantur 77 a.
 Charicliæ in Theagenem amor ardentissimus 25 b.
 Charicliæ & Theagenis tessera & inuentionis nota 84 a.
 Charicliæ ad Thyamidem oratio 23 a.
 Charicliæ raptus bellum concitatus 80 a.
 Charicliæ sacrificia 57 b. 58 a. mors 28 b. à Theagene deploratur 51 b.
 Charicliæ oratio, qua docet se frustra dijs mactari 177 b.
 Charicliam Tyrius mercator matrimonio sibi copulari petit 92 a.
 Chariclia Hydaspi ex Persina filia esse declaratur 180 b. 181 a.
 Charicles Apollinis sacerdos 47 b.
 Charicles amissa filia & uxore, patriam etiâ relinquit 48 a.
 Charicles Theagenem aris iam admotum rapit 192 b. eundem apud Hydaspem accusat. ibid.
 Chariclis filia fulmine in ipso lecto maritali tacta 48 a.
 Chariclis uariæ profectioes & errores 48 b.
 Chariclis confessio 78 b. oratio de rapta per uim Charicliæ 79 a. b.
 Charis Cnemoni noueræ mortem nunciat 17 b.
 Chemis pagus 40 a.
 Cnemon Athenensis 13 a. comam sibi præcidi iubet. 41 b. à patre accusatur. 16 a. in exilium mittitur 16 b. & 17 a.
 Cnemon Thisben, quam occisam putabat, uiuam inuenit 82 b.
 Cnemon cubiculum patris expugnat

I N D E X.

- pugnat 15 b.
- Cnemonis in Aeginam nauigatio 17 a. errores & exilia diuersa 107 a.
- Cnemonis ad Thisben oratio, qua ostendit iuste eam interfectam esse 35 a.
- Cnemoni Nausiclia desponsatur 108 a & b.
- conscientiæ libertas 136 b.
- coniuiua in Herculis honorem instituta 76 a.
- coniuiuij seditiosi ac funesti descriptio 8 b.
- Crisseus sinus 46 a. 0 b.
- Crocodilus 103 a.
- cupiditatis uis 110 a.
- cupiditatis incendium quaratione extinguendum 19 a.
- Cybele Arsaces in rebus ueneris ministra 122 a. Theagenē apertè ad Arsaces amores inuitat 130 b. 131 a.
- Cybele Theagenis et Charicliæ errores & exilia explorat, ut Arsacæ prodatur 125 a.
- Cybele uenenum Charicliæ paratum, ipsa ignorans ebibit 144 b. 145 a.
- Cybeles pro Arsace in templo Isis sacrificia 123 b.
- Cyrrheius sinus 80 b.
- D
- Delphicum oraculum 46 b. templum 47 a.
- Demæneta 13 b. Thisben accusat 18 a. Cnemonis casum & miseriam, impatiens amoris deplorat 18 b. dolo circumuenta in puteum se precipitat 33 b.
- Demæneta formositas 13 b. petulantia 14 a. fallax in Aristippū amor 13 b. & 14 a. mors 20 b.
- Demæneta mors Cnemoni nunciatur 17 a & b.
- Deorum cultus apud Aegyptios 47 a.
- Deorum status cur Aegyptij pedibus coniunctis faciant 61 b.
- Dianæ descriptio 9 b. sacerdotes 23 a.
- E
- Elephantina ciuitas 159 b.
- elephantorum in Meroe copia 174 a.
- Elephantorum in bello usus 165 & 166 a.
- cunuchorum genus habet quidam zelotypum 171 a.
- Epicureorum monumentū 19 b.
- Epiroticus sinus 151 b.
- equi Camelopardali horrendo aspectu à Luna sacrificijs auferunt 187 b.
- equorum Thessalicorum natura 55 a.
- F
- Fatum reuera inuitabile 84 b.
- fatorum necessitas 45 b.
- forma libidinis incitamentū 55 b.
- forma excellentia multum addit ad proceritatis speciem 49 a.
- formosos etiam barbaricæ manus uerentur 85 b.
- formositas amorē conciliat 13 b.
- fortuna mutatio & inconstantia in rebus mortalium 107 a. 118 b. 124 b.
- fortuna inconstantia plerumque ignota hominibus 71 b.
- fortuna aduersæ indicium cum humanitate quadam coniunctum 105 b.
- G
- Gallicinium 21 a.
- gaudij excellentia luctum interdum gignit 181 a.
- gemmae quam Calasiris Nausicli obtulit descriptio 88 b.
- gratitudo uiro sapienti puleherinum munus 43 b.
- Græcia egregios ac præstantes uiros producit 170 b.
- Græcorum lingua apud Gymnosophistas magno in honore habita. 170 b. 171 a.
- græcorū uariacertamina 65 a.
- Gygantis descriptio 187 a.
- Gymnici ludi 23 a.
- Gymnosophistarū sapientia 172 b.
- Gymnosophistarum præcepta 49 b.
- Gymnosophistarum de humano sacrificio disputatio 177 a.
- H
- Harmonias Hydaspis regis inter nuncius 185 a.
- Hecatōbe sacrificia qualia 53 b.
- Hegeſias dux 79 b.
- Heracleoticum ostium 8 a. 29 a. portus 98 a.
- Herculis coniuiua 78 a.
- Homerus Aegyptius sacerdotis filius 61 b. spurius cognitus in exilium mittitur 62 a.
- Homeri nomē unde 62 a. poesis 52 a.
- de Homeri patria cur tanta ciuitatum contentio 62 a.
- Homeri locus 61 a & b.
- horoscoporum gnomones, nullā umbram in meridiè reddētes 168 a.
- Hyacinthus 48 b.
- Hydaspes Sycnen obsidione citgit 154 b. frustra eam expandere nititur 155 b.
- Hydaspes Charicliæ pater declaratur 70 b.
- Hydaspes post uictoriā partā ludos instituit 136 a.
- Hydaspis uirtutes 173 a. erga Syenenses clemētia 159 a.
- Hydaspis in Aethiopiā profectio 172 contra Persas & Medos res gestæ 164 a. b.
- Hydaspis oratio qua Charicliæ filiā suam esse declarat 181 b.
- Hydaspis præclara uictoria 166 b.
- Hydaspis ad deos pro Charicliæ coniugio oratio 195 a.
- Hypala metropolis Græciæ 91 b.
- I
- Imperantium lex 22 a.
- inferiæ Aegyptiorū innocentia ubique quæta 113 a. 12 b.
- infirmiorum rationes 61 a.
- inuidia quare plerisque morbi causa 58 b.
- inuidiæ natura 59 a.
- Ionium pelagus 90 a.
- Isis ab Aegyptijs cur summa ueneratione culta 161 a.
- Isidis descriptio 9 b. eiuslè Mæphis templum 21 a. 50 a.
- facibus refertum 28 a. item sacrificia 121 a.
- iudiciorum apud Aethiopes ratio 178.
- iuramentum Theagenis ad seruandam Charicliæ castitatē datum 78 a.
- iuristurandi sanctitas 24 b.
- iustitia licet interdum conuincat hominum sceleribus, tamē seuas suas demum leges in delinquentes exercere solet 17 b.
- iustitiæ acris in redarguendo oculus 178 a.

I N D E X.

| | | | | | |
|--------------------------------|----------------|---------------------------------|-------------|-----------------------------------|-------------------------|
| C | | | | | |
| Culus | 151 a | in Græciâ nauigatio | 106 b | Parcarû necessitas | 45 b lex 20 b |
| L | | Nausiclia | 108 a | Cnemoni | parêtationes Aegyptiorû |
| Laborè subire præclarû spec- | | desponsatur | 108 a | parentes uitæ authores | 38 b |
| licis exitus | 107 a | necessitas consiliorum inuen- | | Parnassus mons | 80 b |
| letitia sæpenumero in mœrorè | | trix | 135 a | paupertas ubiuis terrarû tu- | |
| uertitur | 32 b | Neoptolemi Achilles filij mors | | ta à prædonû insidijs | 110 a |
| lorica | 164 a | crudelis | 52 a | paupertatis cõmendatio | 110 b |
| Lunæ sacrificia | 173 b adq; ea- | chrum | 57 a | parentatio | 52 b |
| dem cur forminæ non admisse | | Neptuni sacrificia | 98 a | Pelei hymnus | 54 a |
| 173 b | | Nilus fluuius pro deo ab Ae- | | um | 52 a |
| M | | gyptijs cultus | 161 a 168 b | Pelorus Charicliam ambit | 99 b |
| Maliacus sinus | 52 b 52 a | Nilus solus ex fluuijs uapores | | eiusdem cum Trachino pro- | |
| Margaritarum descriptio | 48 b | non exhalat | 47 b | pter Charicliam certamen | |
| medicinæ limites | 69 b | Nili nomen unde | 168 a | 100 b cum Theagene monto | |
| Memphitarû expeditiones | 112 | eius laudes. ibid. | | machia | 101 a |
| b bellum | 115 b 117 a | tes ac natura | 47 a | Persarum auaritia | 87 b |
| mendacium quando honestum | | taractæ | 48 b | ges | 111 b |
| 26 a | | dationes | 11 b 47 a | in rebus bellia | |
| Mercurius mercatorum patro- | | Nili inundationibus Syenen- | | cis industria | 163 a b cum |
| nus | 88 a | ses ferè submersi | 157 a | Aethiopibus bellum cruen- | |
| à poetis fingatur | 90 a | Nili puteus | 168 a | tissimum | 164. 165 |
| Mercurij sacrificia | 57 a | Nili sacrificia | 172 a | Persarum reges adorantur à sub- | |
| Meroebus Hydaspis ex ado- | | Niloa festum apud Aegyptios | | ditis | 129 b |
| ptione filius | 185 a | 160 b 161 a | | Persina regina Aethiopum | 70 b |
| eius de- | | origo | 168 a | Charicliæ mater | 73 b |
| scriptio | 187 a 188 b | O | | Persina Lunæ sacerdos | 173 b |
| 70- | | Occasio cum in omnibus rebus, | | Persina pictæ Andromedæ a- | |
| bur insigne | 185 b | tum in bellis maximum habet | | spectu, ex Hydaspæ marito | |
| Mæstius | 52 a | momentum | 79 b | nigerrimo, albâ concepit fi- | |
| Meroes descriptio | 174 a | oculi libidinis irritamenta | 24 b | liam | 180 b |
| Miraculum ingens | 147 a | Oeta mons | 51 b | Persina Charicliâ filiâ lamda- | |
| Mitrans 44 a præfectus ex- | | oraculum Theageni datum | | dû expositâ, ubiq; locorum | |
| cubiariarum Oroondatis | 85 b | 148 b | | quæri mandat 74 a eandè post | |
| 112 a Theagenem ad O- | | oracula ex euentibus iudican- | | longum exilium recipit | 180 |
| roondatem mittit | 86 b | tur | 53 a | Persinæ somnium | 172 b |
| in strage occumbit | 112 b | Orestes Neoptoleum ad A- | | Petosiris 29 b fratre in exilium | |
| Mitrans præfecti ad Oroon- | | pollinis aras obruncat | 52 a | acto, in antistitij dignitatè as- | |
| datem de capto Theagene | | Oroondates satrapa | 44 a | sumitur | 116 b |
| literæ | 86 b | Oroondatis ad Euphratem su- | | Petosiridis in Thyamidem fra- | |
| mortui non immodicè deplo- | | premium eunuchum episto- | | trem inuidia & insidie | 116 a |
| randi | 124 b | la 140 | | cum eodè monomachia | 119 a |
| mortuorum erga parentes reue- | | spem | 191 b | pharetra Charicliæ | 111 a |
| rentia | 113 b | Oroondatis contra regem Ae- | | Phila urbs ab Aegyptijs oppu- | |
| mortuorum præstigia | 114 b | thiopum bellum | 138 b | gnatur 138 b eiusdem descri- | |
| muliebris silentij commendatio | | bus bellicis fortitudo. | 164 b | ptio | ibid. |
| 23 a | | Oroondatis captiuitas | 166 b | Phœnices Herculi Tyrio pro | |
| munerum contemptus | 169 a | Oroondatis ad Arsacem literæ | | parta uictoria epulationem | |
| musica Assyriaca | 77 a | 140 a | | instituant | 76 a |
| N | | Ormenus Arcas cursor uelocissi- | | Phœnicum cum prædonibus cru- | |
| Naucratites Thisbæ amator | | mus | 66 a | entum certamen | 96 a b |
| 108 a | | eiusdè cum The- | | Piratarum lex | 100 b |
| Nausicles Naucratites merca- | | agene in stadio certamen. | | Pleiadum occasus | 91 a |
| tor | 34 a | ibidem | | Polydora | 52 a |
| insignis uenator | 44 a | Osiris ab Aegyptijs cultus | 161 a | precum effectus | 13 a |
| Nausicles bubulcos & latrones | | P | | prædonû Aegyptiacorû resp. | |
| insectatur | 44 a | Panis lucus | 173 a | 11 b bella 27 b insatiabilis cu- | |
| Nausicles Mercurio pro Thea- | | Pantarbe gêmæ uirtutes | 149 b | piditas | 10 b |
| gene sacrificium instituit | | descriptio | 71 b | PROVERBIA | |
| 88 a | | | | Anchora extrema | 79 a |
| Nausiclis hospitalitas | 106 b | | | cum dijs pugnare | 78 b |
| | | | | B 4 | fluctus |

I N D E X.

| | | | | | |
|--|------------------------------|--|------------------------------------|---|--|
| fluctus supra fluctum | 92 b. | tauri cum Theagene pugna | 188 | ga Charicliam arētissimam | 25 b. 66 a b. |
| post festum uenire | 53 b. | a. & b. | | Theagenis & Chariclie in Aegyp- tum profectio | 152 b. |
| rudens ruptus | 134 b. | Teledemus | 19 a. | Theagenis & Chariclie tessera & inuentionis nota | 84 a. |
| Prouidentiæ diuinæ memora- bile exemplum. | 10 & 11. 12 a b. | tesseræ Theagenis & Chariclie | 84 a. | Theagenis ad Charicliam ora- tio | 82 b. |
| pudicitia ueræ speculum | 12 b. | Theagenes ex genere Achillis natus | 52 a. & 67 b. | Theagenis somnium | 75 a. |
| pugionis satrapæ elegans descri- ptio | 169 a. | Theagenes Charicliam, quam amabat, ui rapit | 77 b. | Theagenis iuramentum Charic- lie datum | 78 a. |
| pulchritudo amorem conciliat | 13 b. | Theagenes cū Chariclia à Tro- glodytis captus | 153 b. | Theagenis cum Peloro mono- machia | 101 a. |
| Pythiæ oraculum | 46 b. | Theagenes fortuna sua impro- bitatem deplorat | 84 b. & 55 a. | Theagenis ad Calasirum suppli- catio | 77 b. |
| Q | | Theagenes captus à Mitrane ad Oroondatem mittitur | 86 b. 105 a. | Theagenis præclara cum tauro pugna | 188 a b. 188 b. |
| Quinquatria festa | 14 a. | Theagenes cum Ormeno in sta- dio certat | 66 a. | Theagenis robur | |
| R | | Theagenes cursus uelocitate ce- teros uincit | 65 b. | Theagenis cum Aethiopicæ lu- datoræ pugna | 190 a. & de eodem uictoria 190 b. & 191 a. |
| Rhodopis formâ admirabilis. | 45 a. | Theagenes uictor certaminis co- ronatur | 66 b. | Theageni Chariclia à paren- tibus coniugio copulatur. | 194 b. |
| S | | Theagenes Charicliæ mortem deplorat | 31 b. item Calasiri- dis 127 a. | Thyamidis scutifer | 36 a. |
| Sapiens nunquâ laborat inopia | 87 b. | Theagenes à Cybele ad Arsacē cuius amore flagrantem inuita- tur | 124 b. | Thermuthis 27 b. eius mors | 42 a. |
| sapientiæ ueræ descriptio | 62 b. | Theagenes Arsacem Persarum more adorare recusat | 129 b. | Thessali Neoptolemo parentæ- tionem instituunt | 52 b. |
| sagittæ draconum ueneno infu- ctæ | 166 a. | Theagenes in Arsaces aula ser- uire cogitur. | 134 a. & b. | Thetidis hymnus | 54 a. |
| seditiosi conuiuij descriptio. | 8 b. | Theagenes Charicliam matrimo- nio sibi copulari cupit. | 68 b. | Thisbe fidicina | 33 b. eius forma 25 a. |
| senes plerunq; hebetioris audi- tus | 91 b. | Theagenes non frater sed mari- tus Charicliæ esse deprehen- ditur | 183 b. | Thisbe miserias ac calamitates suas exponit | 82 a b. |
| senectutis uaria incommoda. | 81 a. | Theagenes cū Chariclia captus ad triumphalia sacrificia as- seruatur | 155 a. | Thisbe Arsinoæ struit insidias | 33 b. & 34 a. item Cnemoni 55 a b. |
| Sicilia insula | 76 b. | Theagenes uictima ad aras duci tur | 175 a. 176 b. | Thisbe à Demeneta accusatur | 18 a. ad Athenienses nauigat 34 b. 104 a. |
| silentium morborum multorum alimentum | 68 a. | Theagenes taurum in fugâ uer- sum, ad sacrificia reducit. | 188 a. | Thisbe à prædone in antrum clausa, ne ob pulchritudinem ab alijs adametur | 33 a. |
| silentij commendatio | 23 a. | Theagenes Charicliæ manibus maclari cupit | 191 a. | Thisbe in antro interficitur. | 34 b. |
| Sisimithres cœcilij præses | 273 b. | Theagenes aris iam admotus, à Charicle ob raptâ filiam ac- cusatur | 193 a. | Thisbe quomodo interfecta, & à quibus | 36 b. & 37 b. |
| Charicliam expositam edu- cat | 17 b. | Theagenes sp̄sus Charicliæ ad deorū aras coronatur | 195 a. | Thisbes nomen unde | 103 b. |
| Smaragdus gemma | 48 b. | Theagenes in deorū numerum relatus | 43 a. | Thisbes ad Cnemone[m] oratio, qua indicat quo pacto à præ- donum iniuria liberari pos- sit | 35 a. |
| Smaragdeæ fodiinæ | 159 a. | Theagenis descriptio | 122 b. | Thisbes pudicitia | 35 a. se- 39 b. |
| Solis sacrificia | 173 b. 175 a. et b. | Theagenis pulchritudo | 55 b. amor er- | Thyamis prædonum præfectus | 20 b. |
| solitariai uitæ cōmendatio | 48 a. | | | Thisbes interfector declaratur | 35 b. & 37 b. |
| somni necessitas | 13 b. | | | Thyami- | |
| somnium Thyamidis | 21 a. | | | | |
| somnia unde | 60 a. | | | | |
| somnia ex euentibus iudicantur | 53 a. | | | | |
| spectra | 114 b. | | | | |
| spei natura | 18 a. | | | | |
| Sperchius | 52 a. | | | | |
| Syenenses Nilo ferè submergun- tur | 157 a. | | | | |
| Syenensium obsidio | 154 b. 155 a. b. & 156 a. | | | | |
| cum Aethiopi- bus pax | 159 a. | | | | |
| Syenensium antiquitates ac mi- rabilia | 168 b. | | | | |
| T | | | | | |
| Taurus ad Lunæ sacrificia du- ctus, camelopardis aspectu au- fugit | 187 b. | | | | |

I N D E X.

| | | | |
|--|---------------|------------------------------------|---------------|
| Thyamis in praelio ab hostibus captus | 29 a. | uirginitatis defensione speculū | 12 b. |
| Thyamis ad dignitatem antistiti uocatur | 116 a. | uisus libidinis alimentum | 24 b. |
| in sacerdotē coronatur | 121 b. | uita omnibus rebus pretiosior | 96 b. |
| Thyamis iniuria affectus à fratre Petosiride, ac Oroondate, antistitio per insidias priuatur | 116 b. 117 a. | uita humanae fragilitas | 72 a. |
| Thyamis uiuus uenit in hostium potestatem | 83 a. | uita solitaria cōmendatio | 48 a. |
| Thyamis filius Calasiridis esse declaratur | 110 a. | uota dijs consecrata uiolare nefas | 170 a. |
| Thyamidis fortitudo | 29 a. | Z | |
| in somni | | Zacynthium mare | 80 b. |
| um 21 a. 28 a. | | Zacynthiorum promontorium | 90 b. |
| pietas in patrem | 120 a. | Zelotypia morbus grauisissimus | 123 a. |
| item in fratrem | 118 b. | Zelotypia exemplum memorabile | 35 a. 121 a. |
| impium | 116 a. | Zona Charicliae artificiosissimā | 55 b. & 56 a. |
| Thyamidis exilium | 116 a. | | |
| Thyamidi Chariclia desponsatur | 110 a. | | |
| Trachinus Charicliam sibi desponderi petit | 98 a. | | |
| cū Peloro propter Charicliam certamen | 100 b. | | |
| Troglodytae | 153 a. | | |
| Theagenem & Charicliam cum Bagoa eunucho capiunt | 154 b. | | |
| Troglodytarum in rebus bellicis solertia | 153 b. 164 b. | | |
| Troglodytarum dona Aethiopum regi in uictoria gratulationem oblata | 186 b. | | |
| Trophonij antrum | 364. | | |
| V | | | |
| Vinum procliuēs in lachrymas efficit | 102 a. | | |
| uirginitatis conseruate memorabile exemplum | 51 a. | | |

E R R A T A.

Pagina 13. uersu 28. fortunis. 66. 34. narratione 81. 27. nomine 89. 11. in lapide
 179. uersu ultimo, lex permittit liberos 185. 13. ex unaquaque,
 & uersu 26. auocare.

1733021

BASILEAE, EX OFFICINA
IOANNIS OPORINI, ANNO
Salutis humanæ M. D. LII.
Mense Ianuario.



